 atq; si virtutez ascendere libet. (cui hec  
 nuge fortune se submitūt) omnia qui  
 dem longis sub te. que pro excellentis  
 simis habent. aspicias. altior ipse ac  
 tus ad summum culmen ueniens per  
 planum.

Ex.

Paragmā cū doctrina

q̄t̄ ambinoz.

*De vestiu conan*

**V**estior egregie. **C**

Grandis ambitio purpura finum tegere. que em pulchra sunt. videri nuda appetunt. feda vero mos e abscondere coloribus. An no pudebit queso exterioris cultus quotiens cogitare uelis qd sub eo tegit. Neq; obstat q te inter sindone et sericuz fulgiduz credas. te em nudum finge. turpem te inuenies et deformē.

**E**xquisite sum uesties. **C**

Natura rez nulla arte vicit. imo interdum indignat se temptari qz quo maiori nisu premit tegitur. eo magis atollit et eminet. Mortalis naq; corpusculi naturales feditates. nec colores nec odores alterat. quinimo suspectu uel aspectu magis reddit. frustra insudat. ut uestes bene oleat peregrine species suauig redoleant. Insuper q rotant crines calami stro. q digiti anulis radiat. q perducant ut libet supercilia. atq; q adulterino colore vultus fucant. quia illa que simulata sunt. ilico patescunt. omnis em impressus qlitercunq; operose fucus. leui sudore diluit. abeunt em vmbre manet illa que natura reru dedit. **C**

**C**andidus incedo splendidusq; **C**

Foris queris quod intus perdidisti. Interno decore se nudatos pdunt qui tanto pcio atq; opere ornare carne satagunt. aliena em pulchritudine mendicent oportet. qui suam perdidit. Sane exterior superfluitas interioris vanitatis certu iudiciu e. Molle aut uestimentu mollicie animi signat. quippe tanto opere corporis cultuz no curares. nisi prius neglectam es eet et inculca uirtutibus. No. vestibus ergo sz moribus placere docet Augustinus. **C**

**P**reciosum est mihi ornamentum.

**P**reciosum uestimentum vexillum superbie ee quis neget. nichilq; luxurie. purpura ac bisso ostreuz atq; sirenū hmōiq; tincturaz fucuz exponunt auidem. sua specie no deponunt. sz eam secum tollunt si collant. Ne per hoc omnis decor qui induit cum veste. cum ueste et deponit. si qd splendeat ex oppositis. illud lucere potest et laudari. id uero quod his tegit in sua feditate perdurat. Trane tibi qso aliquid propriu bonu insitum est ut sic in exterioribus rebus illud que ras quod domi habeas. id bonu tibi magis expetenduz erat idq; colenduz. Id em sinceruz est. soliduz no fortuitu neq; a casu pendulum. In istis aduenticiis ac peregrinis rebus leue momentum est. sz sic rez pdicio versa e sic hominu studia mutata. ut diuinuz rationis animal no aliter q in inaita te suppellectilis possessione sibi splendere videat. animalia siquidem suis sunt contenta. vos aut mente deo similes. ab infimis ornamenta captatis. no attendentes q tam pditori uestro facitis iniuriam qui humanu genus rebus his prestare uoluit. Vos autem dignitatem uestram inter queq; detruditis. Indignu tibi. prius erat aut miru pellibus aut vermiu operibus sic tam forma mutare. nisi mollicies uirilem animu eneruasset.

**O**rnatu uestium delector. **C**

Bone pallidum cadauer in aureo feretro pulcherrimo gemmis fulgentibus circumdatum. Experieris enim q quo plus ornatum fuerit. eo turpius apparebit. eritq; plus horroris. quia opposita iuxta se posita magis elucescat oportet. Preterea pciosior ornata

nō auget forme grām formosis s; mi-  
 nuit. et fulgore suo mentes deformiū  
 proclit et ad expectandūz oculos ex-  
 citat. Itaq; nulla re deformis quisq;  
 sibi minus cōsulit. q̄ cum ornatu for-  
 mosus vult videri. cum vestis insigni-  
 or que ad formā querit. risus moue-  
 re aliis solet et cachinos. Ceterū uiris  
 grauibus est neglecta cura dignioris.  
 imo hoc ipsum q̄ nō ornatus nos.  
 ornatus est. Affectatus autē corporis  
 decor. nūq; gratus sapienti. Sic ergo  
 simplex ornatus tuus potius q̄ exq̄-  
 situs. ita temperatus. ut honestati ni-  
 hil desit aut necessitati. et accedat nil  
 nitore. nō splendeat toga neq; sordel-  
 at quidem ait Seneca. quia affectare  
 sordes negligentē animū probāt. aut  
 inaniter apud se gloriantē aut foris  
 gloriā hominū querentem. Enimue-  
 ro sicut res p̄cupiscere deliciosas lux-  
 urie est. ita usitatas ac faciles odisse.  
 certe est clementie. decentiā nō penaz  
 vera uirtus exigit.

**S**ingulari uestimento utor.

**N**on obiciam tibi seminudos  
 pauperes Xpi. sciens qz sanctā iopi-  
 am semper spernit peccatrix opulētia.  
 S; cesarem augustum qui cū cuncto-  
 rum dominus eēt. contentus legit fuit  
 se veste domestica. cōfecta enī ab uxo-  
 re. sorore atq; filia. Ille paucas femi-  
 nas ac sibi iunctissimas fatigabat. tu  
 forsā seruorū serū es. diuersiq; gen-  
 tes tibi nent. tibi pectunt. tibiq; nex-  
 unt. Indi. perse. atq; medi. ac barba-  
 re nationes. et gentes aliene. eousq; tā  
 decreuit uireus. creuitq; superbia. vi-  
 luerūtq; modestie exempla delicatis.

**N**ouo cultu uestium delector

**S**ane non mihi vacat ut exe-  
 crer ac defleam externorūz apparatusū

ludibria. que de extremis mundi fini-  
 bus furibūda presens etas nobis at-  
 tulit. an uero tam vigilēs magistri. an  
 tam dociles discipuli plus odii mere-  
 ant. in dubio est. quoz ingenis uide-  
 mus effectū. ut inter milites et mimos.  
 inter scorta et matronas. prope iam  
 nil in aspectu intersit. S; necdum sisl-  
 cit. s; in diē serpens. crescit uestium in-  
 sania. habituū incessuūq; tam mira ri-  
 dendaq; uarietas. terram nūc tangē-  
 tes uestes. nunc manice cubitū artan-  
 tes. Iste pedes nō detegunt. ille pudē-  
 da detegunt ac mamillas. q̄ quidem  
 uesaniā preceps atq; importuna stul-  
 torum imitatio suis nō detenta finibz.  
 inuexit. inuictamq; aluit auxitq; q̄  
 cus ad nouissimos furor iste peruen-  
 turus sit. aīo metiri difficile est.

**A**dultū laute uiuo.

**N**emo unq; carnē suam odio ha-  
 buit. sed fouet et nutrit eam. tutelam  
 namq; eis debemz habere. fateor atq;  
 curam. s; sicut aliquis nobis p̄menda-  
 tur. cui quidem multū petenti inuicilia  
 neganda sunt. uicilia uero etiā nolē-  
 ti ingerēda. Ita quoq; necessaria sunt  
 sibi ministranda ut amputent super-  
 flua. Itaq; indulgendum illi dico. ne-  
 go sibi seruiendum. Adultum enī ser-  
 uie. qui corpori seruit. qui pro illo sol-  
 licitus est nimis. qui ad illud omnia  
 refert. omne enī alcu; omne sanctum.  
 omne salubre. omne uirtuosum. illi ui-  
 le est. cui corpus nimis caz est. eius a-  
 mor timoribus multis nos inquietat  
 curis onerat. diuersis nos obicit con-  
 tumeliis. Maior sum. inquit Seneca.  
 ad maiora natus sum. q̄ ut mancipiū  
 corporis mei sim. quod equidem ali-  
 ter nō aspicio. q̄ uicilū libertati mee  
 circumdatum. Contēptz enī corporis

De cibarijs. et  
 del. fac. in eis.

Amor carnis.

Am. No.

B  
 m

W

ingens libertas est. Ita eius agat diligenter cura. ut cum ratio exigat fides aut iusticia in igne proiciat. Preterea sic non nos gerere debemus tanquam propter corpus necessariam rem magis quam magnam estimemus. quod durius tractandum esse sentio. ne anima male pereat. ut omnium prudentium vita loquitur. clamat quoque omnis ecclesia sanctorum. quippe illud coronare renouit. quod Christus dominus cruciare docuit. et quod Christus flagellare ac domare iussit. nutrire et fouere uolunt in deliciis et delictis. Reuera caro ista licitiosa hominis uxor est. que quantumlibet vexata sit doloribus. cesa flagellis. attrita plagis. infirmitatibus afflicta. nihilominus obnoxia passionibus. impleta illusionibus. ac multis uiciis est infecta. Insuper per aduersionum aculeis semper hispida est. rebellis. superba. otumax et querulosa. neque unquam satis fieri sibi posse estimat. donec se cum anima precipitat in gehennam. Hac tu laetitias saginas ferculis. ex intemperantia gula gloriam uenaris ac nomen. conaris ex crapulis et comestationibus titulos glorie opinionis acquirere. Sane cum miserum sit peccare. miserius tamen in peccato gloriari. sed miserimum excusare peccatum est. Sed tunc tamen communita est miseria cum studio uoluptatis opinio honestatis accesserit. nunc igitur ad te ipsum redi. rationem consule. si in te fides obdormierit. cum sancti uiri tot esuriant in heremis. ac sitiant tot gloriosi duces pro patrie defensione in castris. tot Christi pauperes in casis et turguris fame stabescant. In cibi gemmis ac epulis obfesso. exquisitis cibis et peregrinis poculis afflare. et sapores nosce et odores. opimas me-

fas atque aurea uasa uenerari. non famem aut sitim omnibus cibis uelle deliniri. sed ambitiosa semper nausea. ac stomachi damnosis sarcinis. mane illis occurrere. et inter amplas dapes requiem superbam uili uoluptate ueteris saginari. Verum etiam ut ad fundum miserie curiositas feda perueniat. nihil actum est de cibi et potus elegantia nisi etiam copia assit. imo nisi habundantia et fastidium. Preterea Augustus cesar de quo supra meminimus qui laicus uesci poterat. pane secundino et caseo bubulco. contentus fuisse legitur. apud eum minuti pisciculi uidebantur. tu uero inter phasianos fiscudulas et pauones deliciosius in crassariis. Idem ipse Augustus uini usu parcissimus. ter in cena bibit dum est in castris. tu forsitan interdum ter decies ante cenam. in cena quoadque sine numero et mensurificuti et nonnulli uiles et abiecti in hoc seculo sunt persone se laboribus quasi ultra vires agitanter pro cibo captando grossissimo. ac uix rarissimis cum rudi siligine ac pane ordeaceo saturant. dum uero ad urbes pergrediuntur uictum cum diuitibus famulatu se questuando. sue egestatis oblitte lautiora querunt ipsis diuitibus. delectationibus etiam assueti.

**D**iuersis delectator ferculis.

**F**ercula multos morbos generant si enim coquos enumeres non miraberis morbos. Nam tanta arte cuncta apparantur. tot decoctionum genera existunt. tot fricturarum modi. tot placentalium varietates. tantum adhibetur his studium ac diligentia. ut quatuor uel quinque ferculis degustatis. non uisissima quidem primis non impediantur. nec sacietas ipsa minuit appetitum.

Caro & uxor  
licitiosa

Josephus palatium

Ex m  
cesari  
Augustus

Ex h  
sedu



quia sic nouellis odimentis seducitur palatum. ut varietas fastidium tollat. et dum nescit. veter onerat. morbusq; inualescit. Porro frustra clamat vil nolentia. repletus stomachus ructibus crebris frustra querit appellans iniquo ab grauamine. quia non est qui exaudiat. cum non faciet curiositas. sed oculus illicit coloribus. palatibus saporibus. ut infelix saccus cui nec colores lucent nec sapor mulcent. duz omnia recipere cogit. potius obruit quam reficit. Ceteruz hec pestis humilitate vulgari non prenta. sed profundius trahit ad prelatos et magnates. qui sanguinem aliorum bibunt. qui sudoribus subditorum incrassant. qui comedunt fructum terre sine precio. qui gratis sanguinem vite bibunt meracissimuz. Isti inquam sturges. salmones et alios pisces diuersi generis. luteosq; equipolenti generositate presignes. cruciatibus variis martiriant. officiu; baptismi adulterantes. baptisant fonte piperis. idq; ad consequendum gratiam saporis dulciformis. Ibi est videre in mensa vna terrestris animal piperis inundatione submergi. et natate in eadem piscis. et eius viscositate. ligate aues celi. sicq; tot animalium genera. vno ventris ergastulant in carcere. scilicet ut aquatile aereum ac pedestre in uno eodemq; sepulchro tumulari videas. ut si licentia concedat. eundi; uix sufficere possit porte amplitudo. Solent enim diis templa construi. erigi altaria. ad seruiendum ministri ordinari. immolari pecudes. thura cremari. deo ergo nostro templum sic coquina. mensa sit altare. cocci sint ministri. Sic immolate pecudes. cocte carnes. incensorum quoz fumus sit odor saporis deo

fructus in platos magis.

27 de 2/

tali suauissimus. huc nunc properate parasiti. venite uos voratorum greges atq; omnis turba ebriorum. Surgite inquam omnes ventricole deo vestro imolante. pingua mactate. offerite libamina. illum totis viribus placate. festuca ventri et venter escis (ap'us iquit) hunc et hanc destinet deus ipse. qui cum epulatione fideliter seminatis. et cum illis plenos manipulos habundanter capiatis.

**¶** Adulto cibo vtor. **¶** Scultuz est multa petere. cum tam paruū geras corpus. et capias tam exiguum. Sane necessitati parz sufficit. voluptati nihil. quia multa enim supuacua petat. primū intelligimus. cum ceperit deesse. vñ quidem illis non quia debemus sed quia habebamus. Naz et si venter precepta audiat sed frequenter petat appellatq; non tamen est molestus creditor. porro dimittit. tñmō si illi das quod debes non quod potes quia non magna fames stat sed ambitio. Inde est quod cum vna silua pluribus sufficiat elephantibus. homo vix terra pasti potest et mari. quicquid enim auium volitat. quicquid natat piscium. quicquid discurrit ferarum. vestris ventribus sepelit. quid mirum si subito sepe moriemini qui uiuatis tot mortibus. quid est opus queso profunda maris perscrutari. aut onerare ventrem strage animalium. et eruere cochilia ex ultimo maris ignoto littore. aut vastam siluam circuire uenatoribus. cum passim alimenta iaceant. que deus ipse omnibus locis disponit. sed illa pertransitis uelud ceci. et cum sedare famem exiguo possitis. irritatis magno. Omnia namq; fastiditi gule nota sunt. opz vndiq; conuehit. ab ultimo portatu

fructuina

Taplo  
destruet.

Tex.

atq; parat.

oceanō. quod stomachus deliciis re-  
solutus uix admittit. s; neq; decoque-  
re dignat' epulas quas queritis to-  
to orbe/ ad iuce quidem quod nō suffi-  
ficiunt fructus arborū. grana legumi-  
nū. radices herbaz. s; ex his pigmen-  
ta uaria efficiunt. parāturq; aromata  
confecta diuersa. omiscēt. dapes fi-  
unt varie. desudāt artes coquorum.  
vnus prondit et colat. alius pfundit  
et pficit. substantiā ouertit i accidēs  
naturā mutat in artem ut appetitum  
prouocet. ut saturitas transeat in esu-  
riē. Disperdat oro deus istos. quorū  
gule luxus sic transcendit fines loci.  
Qui em̄ Xpm̄ inquit Iheronim⁹ to-  
to corde p̄cupiscit et pane illo uescit.  
nō magnopere querit de q̄ precioso  
cibo sterco pficiat. p̄terea ad om-  
nes gule atq; ventris uiles illecebras  
p̄primendas et sp̄nendas. nō ineffi-  
cax pfiliū puto exitum p̄templari.

**C**ōuiuus delector. **C**

Dulchrū studiū elegisti. quid hui⁹  
gustui pueniat. quid illi⁹. quib⁹ fercu-  
lis fames p̄pescenda sit. aut quib⁹ sic  
irritanda falsamētis. quis prim⁹ q̄s  
secundus ac terci⁹ cib⁹ ingratiū p̄inat  
stomachū. quis fum⁹ uini cerebro ne-  
bulas gratiores infundat. En precla-  
ras artes. ad has etiā seruos p̄duci-  
tis. vnus discubentiū sputa detergit.  
alius reliquias colligit. alius scindit  
cibos. alius deportat illos. alius qui-  
dem clunes certis ductib⁹ frustra ex-  
cucit erudita manu. Sane infelix qui  
huic vni rei uiuit. ut decenter altitia  
fecerit. miserior tñ. qui hoc voluptatis  
causa docet. quod necessitatis causa  
didicit. Deniq; est et alius cui cōuiua-  
rū censura cōmissa est. qui prestat in-  
felix et exspectat. quos ei adulatio ⁊

intemperātia. aut lingue aut gule in-  
crastin⁹ reuocet. Ad iuce etiā obserua-  
tores quibus palati domini noticia  
subtilis est. qui sciunt cuius rei sapor  
eum excitet. cuius delectat aspectus.  
cuius nouitate nausea habundantis  
stomachi erigi possit. quid iam ipsa  
sacietate fastidiat. q̄due esuriat de isto  
p̄pone tamen uelut rebus istis totā  
curam. uix abibunt cōuiue sine tacitis  
lamētis aut expressis forsan. hoc ma-  
le sapuit. id male oluit. illud salis cō-  
dimento caruit aut ipsius vigore ex-  
asperauit. hoc perferuidū. illud gelidū.  
istud tempestiuū. istud mesto ob-  
latum animo. hoc irato uultu et dis-  
torto uisu. istud erat nimis crudū il-  
lud nimis coctum. Istud sincipio. il-  
lud falsamento caruit. Iste familiaris  
nimis tardus. ille nimis preceps. iste  
obtus⁹. ille pretensus. hic surdus. ille  
ineptus. iste simplex. ille concumax.

His querelis non tam aule q̄ uici et  
platee resonant. Nec immerito. quid  
em̄ attinet domi iocundi⁹ pransuros.  
fatigare precibus. quid sumptus inu-  
tiles ac labor superuacuos. atq; i vnū  
acriū turba hominū cōueniens nisi ut  
te vicino ostentes. quasi de cōuiuus  
pedester agas uoluptatū triūphum.  
porro tibia et lira. tuba et cymbala  
sic cōcrepent. ut omnia pompe tribui  
pateat. uirtuti nihil. At finge vnū  
cōuiuaꝝ indigere tantulo post tridu-  
um q̄tum sua cōstitit parapsis. uix ni-  
fallor obtineret. quia nō sibi sed tibi  
prestisse constat.

**C**lorior in uiuuiis. **C**

Quid nisi furor pompaticus. mul-  
tos minime diuites indigentes. et ab  
honestioribus negociis forsitan ab-  
tractos. in unū locū cogere. ⁊ multos

497 2095

497 2095

497 2095

497 2095

ventres sepe uacuos. ac suo arbitrio  
gracius implendos cibis exquisitis. 7  
interdum nociuis infartire. ac cōuoca  
re carniculas fastidiosas ad cōuiuia.  
ac paupes Xpi excludere famelicos.

**¶** Laudo cōuiuia. **¶**

**¶** De sonat uerbum diuina etiā lau/  
dabo. quid nāq; iocūdius. quid dul  
cius. quid honestius q̄ cōuiuere cum  
amicis. et fida cum eisdem habere col  
loquia. tractare s̄ilia. cōferre misti  
ca. saluberrimasq; materias ventilare.  
neq; hec tm̄ sed etiā si tempus postu  
let aut res. s̄medere ac b̄bere. et sola  
tiosa. si expedire uideat. producere.

**¶** Vos quidē cōmessationes aut crapu  
las cōuiuia appellatis. quasi aliter a/  
mici cōuenire minime possint. aut de/  
beant. Nolite ergo rem fedā pulchro  
contegere uelo. cauete ne ad obscena  
in nouo splendore rapiamini. Dicite  
cū Ap̄lo. appereat. operit id qd̄ fedū  
est. quod formosum aperit. artat pec  
tus crepanti cingulo. capilli defluunt  
in frontē. interdū cadit pallium ut cā  
didos humeros nudet. atq; quasi ui  
deri nolint. festina celat quod detexe  
rat uolens. Sicq; unū pollicet. aliud  
ostēdit. lingua delicatis uerbis sonat  
castitatē. s; totū corpus impudicitiaz  
profert. Hec ille. aduicite quod ingeni  
um doctissimū et promptissimū ha  
bent ad fallendum. quare oculi duo  
habent grana lachrimaz. ut dicit Se  
neca. unū veri doloris. altez insidia  
rum. Hinc ait quidam. nō est qd̄ falli  
possit qui femina fallat. Si fieri pos  
set falleret ipsa deum. **¶** Breterea per  
petuum omnibus monumentū esse de  
bet. q̄ ille sol hominū sanctissimi pro  
phete David filius Salomō. thesau  
rus deliciaz diuine sapientie singula

Salomon  
si Sol her

re domicilium. crasso tenebrarū fūca/  
tus atramento. lucem anime sue. glo  
riā domus sue amisit. facinore femina  
rum. et post hoc curuatus corā Baa  
lim. ex Ecclesiaste domini. mutatus est  
in mēbris Cabulon.

**¶** In nobili patria ortus suz. **¶**

**¶** Refert qua nobilitate. Nam hanc  
incolarum numerus. illā insignis opū  
magnitudo. istam spectata fertilitas.  
illam sicut ipse nobilitat. si salubris  
aer. si clari fontes. si mare proximum  
annes oportuni. Vulgo autē nobilis  
patria dicit. que uiniferax ē. que ha  
bundat oleo et frumēto. que frequēs  
est armentis atq; gregibus diuersis.  
que auri et argenti scatebris plena est.  
ubi sunt fortes equi. pingues boues  
teneres hedi. ubi diuersi fructus. ac  
dulcia poma nascūt. et similia. **¶** At ibi  
boni viri nemo querit. neq; quesitu  
dignū ducitis extimatores egregii. cū  
summa laus patrie. uirtus sit diuina.  
atq; incolarum. ea em̄ uera urbium est  
felicitas. ueracq; nobilitas. **¶** Quid ta  
mē queso et patrie iuuat claritas si ip  
se tu sis obscurus. si turpis 7 infamis  
nisi q̄ claritas te eruet a latebris. ac p  
dicit trahens in apertum citius q̄ i lu  
cem uocaberis. quia nisi tam in famo  
sa patria (romana scz) Catilina fuisset  
natus. nō utiq; tam infamis excitiſſ;  
De quo Tullius et alii scriptores tot  
et tanta mala scribunt.

**¶** Pulchris uiridarius delector

**¶** Habēt hec fateor interdū ali  
quid uoluptatis honeste. nōnunq; el  
tiam inhoneste. Itaq; uoluptuosos  
eque studiosis umbrosis secessib; vi  
deas delectari. nā et ingenius sepe lo  
cus excitat. quosdam tamen ad peni  
tentia. quosdam ad lasciuiaz hortat.

De patre nobilitate

De p. nobilitate

¶ Inuicite

Preterea pax ad rem pertinet solis lo-  
ci amenitas. Quid ei iuuat in archaz  
eburneā ungueta olida condidisse. qd  
in locis pulcherrimis turpem animuz  
versari. quot deniq; putas in horri-  
dis rupibus sanctissimi viri florue-  
runt. quot in pratis virentibus tur-  
pissimi adulteri marcuerunt. comessatio-  
nes. epulationes. ebrietates. potatio-  
nes. viscerationes ut nō verba uos se-  
ducant. et apparebit q̄ vilis sectator  
rei sis et q̄ stulte sis sollicitudinis ser-  
uus.

**G**loria mihi apud vulgus pp-  
ter diuina. **C**

Vilissime quidem mercis precium  
ingens. totum fieri ut p̄laceas gula a-  
liene. Etenim sunt quos gula urget. sed  
frenat inopia quibus nil gratius q̄  
illo solui freno impensa cura aliena.  
Isti puto te clarificant. dū nō fraudā-  
tur suo desiderio. Ne si fingis te desi-  
nere velle. desinet et ipsi laudare. **C**  
Coniua. Odicio delicata est. arripent ti-  
bi. manibus plaudent. te liberalissi-  
mū dicent. optimūq; deinde patrie pa-  
trem te vocabunt. de ludo quoq; si ces-  
saueris. te sordidum clamabunt. auaz  
atq; miserum. Sectator em̄ epularum  
nō de bene viuente sed de bene pascē-  
te sniam laudabilem profert. Conui-  
uas ergo tumidos et aridos scurras  
eorūq; voces atq; sententias discas al-  
pernari et uide to tibi nil loci esse rec-  
to iudicio. vbi totum voluptati dat  
caritati vero nihil. Porro caducuz  
malis artibus partuz nomē. apd vul-  
gus gloria dici potest. sed apud doc-  
tos est infamia.

**O**doribus delector. **C**

Nequaquā fieri potest. quin vera de-  
lectabilia alluciant. et cum presentia

delectent. vix alii odores gulā. alii  
libidinē irritant. peregrini tamē odo-  
res et omne bene olendi artificiu; nō  
boni odoris proprii naturalis argu-  
menta sunt. sed certa signa latentiu de-  
fectuuz. Vide ergo ne bonis odorib;  
male oleas. aut odiosis mundiciis fi-  
as odiosus. Placeat ergo Augustini  
de odoribus sententia dicēris. de ille-  
cebra inquit odoris nō nimis satago.  
dum absunt. nō requiro. cū assunt nō  
renuo. paratus sum carere eis. Si igit̄  
rez omnium cōdimento modū assitū-  
ta sunt omnia. Illud comicū ne quid  
nimis. ad omnia valet.

**A**ffluo voluptatib;. **C**  
Voluptas carnis blandus demō ē  
dulce venenū. peccatum suauē mentē  
eneruans. furans intellectū. Postq̄ il-  
la viuere cepit. uera uica desit. hec ho-  
die in precio est. hec sola sine dolore  
sub sole esse creditur. quia tamen in fi-  
ne nihil est molestius. nihil laboriosū.  
nihil in animo ipso relinquit. tot acu-  
leos. Ad hanc ergo indurandus ē ani-  
mus. et ab ea longe abstrahendū nul-  
lus em̄ eo cōtumeliosior et senior hos-  
tis est. perstringit oculos. aufert om-  
nē sensum boni. cor emollit. effeminat  
animū. blandit̄ ut decipiat. latronuz  
more nos amplexat̄ ut strangulet. sec-  
tatores voluptatum oēs molles sunt  
et eneruati. eo quoq; magis inexple-  
biles sunt. quo implentur amplius.  
quarum stomachi aut torquent̄ ine-  
dia. aut copia strangulātur. miseri cū  
ab eis deserunt. miseres cum eis dē  
obruunt. et quod peius est postq̄ se  
voluptatibus immerserint. carere mi-  
nime possunt. Eoq; peruentum est. ut  
que superuacua fuerant. necessaria fi-  
ant. nec vtuntur eis sed seruiunt. qd

Capit.

Aug.

De volu-  
ptate  
carnis

Capit.  
moralis

ultimū malorū est mala sua amāre. Sa-  
ne tunc summata est hominis infeli-  
citas. cū turpia nō solum delectent s;  
et placent. et desinit remedii esse locū.  
quando vicia mores fiunt. Breteria  
nō occurrentes voluptates s; abeun-  
tes potius perspiciende sunt (vt do-  
cet Aristoteles) Pensando q̄ fedas at-  
q; festas vias post se derelinquūt. pe-  
nitentia et amaritudine plenas. quo-  
minus cupide repetant. Erratis ergo  
filii hominū ac graui corde erratis q  
diligitis vanitatem et queritis mēda-  
ciū. qui pro tam breui voluptate. tor-  
rentem voluptatis perditis. et miseri-  
cordiam diuinam uobis interrumpi-  
tis. et nunq̄ satiemini ab vberib; con-  
solationis eius.

**¶** Gratis vror amorib;.

**¶** Et gratis insidiis opprimen-  
dus es. s; pertinēter ais. vror. Est em̄  
amor quidem latens ignis. gratū vul-  
nus. venenū sapidum. dulcis amari-  
tudo. morbus delectabilis. blanda  
mors. iocundumq; supplicium. Caue  
ergo tibi. quia quo arseris suauius eo  
cautius tibi ex incendio fugiendum.  
Nam mala quidem quo suauius dul-  
cescunt et delectant. eo magis amares-  
cunt et nocent. et eoz finis. citius tran-  
sit in querelam.

**¶** Amo et amor. **¶**

Primū scire potes. secundū vero ē  
in dubio (nisi forsan nocturnū mulier-  
cule murmur in testimoniu; protrax-  
eris. quo nihil reor eē fragilius)

**¶** En amor sine dubio. **¶**

Vt audio. persuasit illa. neq; mag-  
nū persuadere volentibus. ōnis nāq;  
amor. cecus est et incredulus. quod si  
fidem amatorio iuramento inesse cre-  
dis. scriptum ab amāte cyrographū

in tenera glacie. testibus astris. ī me-  
dium profer. Stulte ac demens. ni-  
hil femine credas. presertim impudi-  
ce. sexus em̄. ardoris lenitas. Suetu-  
do mentiendi. Fallendi studium. quic-  
quid ex eius ore procedit. faciunt sus-  
pectum. Ameris em̄. quid nisi duplex  
nod; nexus artior. grauiusq; discrimen  
malle ergo em̄ amares quia ni-  
hil ad amandū efficacius q̄ amari. ni-  
hil quoq; ab amādo magis retrahit  
q̄ scire se nō amari. quū nō facile sit  
creditura. ceca et cupida mens aman-  
tis. quū vnus ex grege isto est. de quo  
scribit. qui amant ipsi sibi somnia fin-  
gunt.

**¶** Nihil dulcius q̄ amare. **¶**

Credo. etiā prout est animus. opi-  
nio tua rem mutat. quia nō ut fando  
rerum facies velari sic mutari rerū ue-  
ritas potest. Nam ut odisse vicium.  
amare virtutem eque laudabile est. sic  
etiā virtutis odium. atq; amor vici-  
eque est damnabile.

**¶** Nec volo nec possum non  
amare. **¶**

Posses si uelles. et forsan post bre-  
ue tempus uoles. neq; poteris. reme-  
dium mors anticipabit. Age ergo lu-  
do isano. somno nūc letare. Flebis for-  
te dum fueris experrectus. senties em̄  
cum turpi desiderio. amorem tuum ex-  
titisse et suspitio. deniq; cum stultissi-  
ma sollicitudine. et angustia plenum  
ac angore. que cuilibet sapienti. sunt  
vitanda. At si remedium queris. nota  
consilium Ciceronis. est mutatio loci.  
animi occupatio. ac traductio ad ali-  
as nouas sollicitudines. quibus vete-  
ris morbi vestigia deleāt. assidua co-  
gitatio q̄ fallax ac instabilis. q̄ turpe  
ac fedum. q̄ miserū q̄ obscenū huius

99<sup>m</sup> palub<sup>m</sup>

99<sup>m</sup> palub<sup>m</sup>

artis opus sic. Redeat hic in se q̄fre-  
quenter sub oculis rei feditas. fructu  
vacta. plena dedecore. plena pericu-  
lis. laboribus ac suspiriis atq; causis  
penitentie. Nihil hic naturā. nihil fal-  
tuz. aut stellas agere putes. nihil quo  
q; aliud nisi leuitatem animi. et libez  
arbitrium. esse etiā in arbitrio egrotā-  
tis ut saluus fias. mox ut bona fide  
velle ceperis. et blande cōsuetudinis  
nexus dulces vulnezz abrūpere. reme-  
dia hec forsan dura quis esse dixerit  
iam capto. et laboriosa. quod fateor  
quidem. possibilia tamen. pro magni-  
tudine pestis. utiq; optāda eē assero.

**P**ulchris delector mulieribz.

**N**on est in hac re tā nota. mul-  
tum lab orandum verbis. Sane nulla  
re tot animas. quot pessimo diabolz  
retze capit mulieris. Cum em̄ preciaz  
meretricis vix sit vnus. panis. ut ait  
ppbeta. infinitos enī fefellit et attrax-  
it in iehennā. nihil em̄ inquit Augusti-  
nus. ita ex arce virilem animū deicit.  
sicut blandimenta mulierum. que licz  
vilis sit et feda. de magnis tamen pre-  
daz efficit. multosq; leones perdomu-  
it vna hec infirmitas delicata. nisi em̄  
furiosus amor carnalis oculos mētis  
obcecasset. omnez mulierem tanq; vil-  
le frustum carnis quoq; cōtempliffes.  
pulchra sit. sit formosa. sit elegans. sit  
venusta. eaz prout libet depinge. pa-  
retur. orneturq; preciosis induat spē-  
didisq; vera Socratis est sententia.  
Speciosa inquit mulier. pulchrū tem-  
plum. s; dstructum super cloacam. Si  
aut vestem sputo maculatam vides.  
Horres quidem. oculos retorques. a-  
uertis aspectū. quō ergo horrore ple-  
nam tam ardentem amplexaris. Pre-  
terea quo auicius amari cupiunt. eo

altiori animo declinande sunt. canes  
inest eis amor ad placendum. q̄ non  
sit tam turpis. tam senex. aut tam cas-  
ta. que nō se gaudeat dici pulchram.  
Quidius inquit dectant castas femi-  
nas precomia forme. Vnde Theroni-  
my ad Exuperantium. Ex industria  
inquit tunica dissuta est ut intus ali-  
quid pennacum animal sequi potest  
aquilam. et si habeat alas. Si omni-  
no corporalibus exercitiis carere nō  
poteris. vtaris modestissime et rarif-  
sime eisdem. Hec lex est in omnibus si-  
milibus. cauens ne quid i vlla re mol-  
le uel femineuz agas. virilis em̄ animz  
etiā in finibus nō suis. eminere debet  
vbicq;.

**N**utritionū acies me sequit̄.

**I**mmo muscaz. que te vinctuz  
comitant. sic cunq; destituent neq; de-  
reliquisse sufficet nisi etiā applausuz  
infamia sequat. Sunt nanq; quidam  
quibus magna pena quies est. ac silē-  
tiū musq; nisi de aliis loqui iuuat aut  
em̄ falso laudat. aut liuide detrahūt.  
Preterea histronum et parasitorum  
vna lex est. vtriq; blanditiis armati.  
post fortunā eunt. vtz istis impleffe  
ventrem satis est. Illis vero alia fa-  
mes est. tibi mentio species iniurie est.  
s; iplēda est cupiditas fundo carēs.

**L**udo delector taxillorum.

**V**orago mergens. ludus iste ē  
explebilis est. aut tristis patrimoniū  
fulgens. subitusq; animi tēpestas. fa-  
me bone nubes. stimulus cunctorum  
scelerum. atq; ad desperanduz pmp-  
tissima via. alia q̄litercūq; ludi pos-  
sunt dici. hic aut metus est dolor atq;  
furor. vide igitur ne in caput redun-  
det tuum. illa cretensum interpretatio  
scz mala cōsuetudine detractari qua

Mo pietas.

Mo Augusti.

Socras.  
20. d. e. mulier.

9. 2.

9. 2. opt.

9. 2. f. 1. 1.

Delud.

9. 2. 0. 1.

nil dictu leui9. nil grauius euentu. ni/ bil quoz ppius est exitio. Cessa que so de hoc ludo qz inhonesta citi9 abi cienda sunt. et si nō virtuti amore. sal tem fame studio atqz studio atz cura pudoris. Sane vix in hūanis actib9 inuenies aliquid. vbi tā patenter mo res atz vicia hominū detegātur. sicut in hoc ludo taxillorum.

**T** Successit pspere mibi **C**

Euentus nunq̄ pspere esse potest. Nam et qui perdit affligitur. et illici tur is qui vincit. et protrahitur in in/ stitias. adice q̄ illa pspertas auspi ciū future calamitatis esse solet. idēqz suas hec pestis illecebras habz. quia lucrum eius arra damni est. et illud qd lucraris. mille diripient. quod perdis restituet nemo. demū qd vincis nō est tuum. quod autē perdis. etsi alterius non fiat. desinit esse tuum. Sane. in hoc ludo preter vultus hominum. ni hil humanū est. qui tamē ita sepe ob/ sici sunt ira. ac merore confusis. clamo ribus efferati. vt iam humani nō sint. vbi neqz decor morū sit. neqz verboruz modestia. nō amor erga homines. ne qz erga deum reuerentia. sed rancores atz iurgia. doli ac pituria. qbus nil in deum seuius potest hūana temeritas. Sed etsi aliquos pudor tēat aut ve/ recundia. crebrius tamen suspectātes quid agunt. labiis cordis sciant ipsi.

En iste ludus tibi placet.

**C** Solacii delector atz iocis. **C**

Non putes nos eiectos esse in exi/ lium istud. hanc vallem lacrimaruz. q̄ si ad ludos et iocos hīc venisse vide amur. Incumbunt nobis vtiqz studia grauiora. magisqz seria. Pensandū po tius ad quid hīc venim9. quid agam9 quo tendam9. et quo post breuē cur

sum vite perducendi simus. non enim hic iocandi locus. nec ridēdi tempus sed plangendi. Vex quia assidu9 la bor animorū frangit impetus. ex quo rum assiduitate. animoz etiam nasci tur hesitacio atz languor. qui qdē ni si interdum per solacia relaxētur. et re creētur. spūs fit anxius. ebes. accidio/ sus. et plusqz oportet tristior. et cum tedio boni languens. et querulosus. et ad mot9 ire et impatiēcie pnus. dā da est ppterera remissio. q̄ paululum animi. resoluti. vires recipiāt et melio res acrioresqz resurgant. Neqz enī agris fertilibus imperandum est. quos cito exhauriret nūqz intermissa fecūditas Idem quoz et de animis nostris ē iu diciū. hinc est quod Socrates cū pue ris ludere solebat. Cato rigidissim9 animū vino relaxabat. mouit milita re corpus ad tripudia. vt audistis su pra. Africanus. lusit Dauid cū citha ra. cū aue euāgelista Jobānes. Sane nō ita naturaliter homo inclinatus esset ad solaciofa pro tempore. nisi in se a liquid naturalis esset voluptatis. nō desit tamen modus velim. nam hoz vsus nimis frequens. ōne pondus ar mi et omnem mentis vim eriperet. sed vtendum eis sicut somno. quiete et si/ milibus. Aristotiles vero dicit de his paz ad humanā vitam sufficere q̄si p vice quodam condimēto. sicut in cibo paz sufficit sal. Ponic etiā quā dam uirtutem (quā eutrapeliā uocat) qū quis dicta uel facta alioz in con gregatione ad honestū solaciū scit cō uertere. ad exhilarandū audientes. sū tamen detrimento dignitatis. aut ue/ recundie cuiusqz. Inueniūtur nāz aliq̄ qui tristes nimis et auari sunt. quos in humanā conuersatione agrestes et

Ex.

Ex. pbar.

Socrates.

Cato.

Scipio affra?

Dauid.

Jobns.

Ex doctrina  
m. 7. c. h. i. v. z.

Eutrapelia pty.

Ex phed. ag. f. r. s.

iniocuos vocat. Sunt et aliqui dis-  
soluti nimis atq; leues. ut sunt mimi  
et histriones et huiusmodi. q; excedunt  
quidē sicut primi deficiunt. In medio  
ponit eutrapeliā. Preterea sicut non  
omnē licentiā pueris damus. nec cuius  
liber etiā ludi. sic illa dicitur concedi  
mus. que ab honestis actionibus non  
sunt alienata et tu in ludis tuis ac so-  
laciis aliquid probitatis relucere faci-  
as. o pro. sicq; te geras. ut te nullus tā  
q; aspezz horreat. aut contemnat tan-  
q; uilem. sic te solaciari modeste pmi-  
serim. Id tamen cum grauibus et seri-  
is rebus satisfactū fuerit

**T**abulis ac picturis delector

**M**irum humani animi furor  
omnia miratis preter se. quo inter cūc-  
ta non solum artis s; et nature opera  
nullum utiq; mirabilius. deniq; omnis  
in terrenis delectatio si consilio regel-  
retur. ad celestium erigeret amorē et ori-  
ginis admoueret. quis nāq; unq; ritum  
appetens fontem oderit. At vos gra-  
ues. humi accliuēs. terrenis affixi. qz  
celū aspiciere nō audetis. opificisq; es-  
obliti. picturas solis ac lune aut ter-  
renarū rerum figuras. tanta volupta-  
te aspicietis. et vñ ad alta vobis erat  
dispositio. illic metas figit intellectus.

**M**agnis viris placuerunt

**V**ana tamen delectatio. nec minor  
vanitas q; magnoꝝ hominū sepe fu-  
it. nec toleratur. quod sit antiquū pas-  
sū. Sic quidem omne exemplū tunc  
pestimū efficitur. quando illi vel auc-  
torū pondus adiungitur. vel auroꝝ.  
Unde cūq; enim orbe cōsuetudinis ro-  
bur cū senuerit. ut bona in melius. eti-  
am ut mala in peius etas puehit. ac  
per hoc nihil errori detrahic errantiū  
magnitudo. omnis enī morbus eo fu-

nestior. quo stabiliori materia subnix-  
us. Neq; ergo mirandū si vulgus erro-  
rum princeps et cōsuetudinis gētrix  
longa dies. cumulusq; maloꝝ omni-  
um ingens semper auctoritas. semper  
accesserint. ut voluptas stuporq; ani-  
mos ab altiori cōtemplatione furtim  
dimoueat. distrahatq;. Preterea si hec  
ficta et adumbrata fucis te delectant  
adeo. ad illum oculos attolle. q; hos  
humanis sensibus animū intellectu. ce-  
lum astris. floribus terram pinxit. et  
spernes artifices quos añ mirabar is

**T** Delector tamen

**D**electari hominum ingenis que-  
rentes pollent excelluntq;. nisi enim li-  
uor. obstat. facilliter quisq; quod in se  
est. in alio veneratur. Preterea ymagi-  
nes sacre. que spectantes admonēt ce-  
lestis beneficii pium animū sepe exci-  
tant. sed interdum mouent ad virtutē  
atq; eriguntur. dum tepentes animi re-  
rum mobiliū memoria recalescunt. nul-  
lo modo respuende sunt. minime colē-  
de tamen picture. sed solus ille colen-  
dus est. qui solidam terram. fretū mo-  
bile. volubile celum fecit. qui quoq; nō  
fictos. sed veros viuosq; et quadru-  
pedes terre. et pisces mari. celoq; vo-  
lucres dedit.

**B**onum patrem habeo

**N**on locus est inertie. vtere sedulo  
quia fugitiua iocunditas. pater senex.  
festina ergo carpere fructos. extremoꝝ  
tanq; ab ruinosa arbore. Caro lateri  
eius adhereas. cupide illum vide qua-  
si confestim abiturum. audi cupidus  
eundem atq; extremos monitus illis  
mente memori recondito. desertumq;  
velut acturus iter. egebis illo consul-  
tore. et queres cum sollicitus nec inue-  
nies domi.

De delectac bis.

lit.

De gaud  
p  
aa.



bb.

**¶ Propitium et indulgentissimū patrem habeo**

**¶ Propera in illū nouissima cōgerere pietatis officia. dum licet nunc in tempore si quid autem nunc amiseris dolebis semper. reuera nihil refert ubi ipse sis. sed plurimū quid agas. neq; te locus aliquis nobilitat. sed tu locum. neq; illud aliter q̄ aliquid preclaz et insigne moliendo**

b.

**¶ Serenus aer placet**

Nescis q̄ cito serenitas sui tedium sit allatura quam laudas. quia nil tā delectabile quod ydemitas fastidii mater non reddat inamenū. Contra qd nullum efficacius est remedium. q̄ temporum locorumq; varietas. Hac enim fouetur mens humana. atq; pacitur ut que non rerum quāitate (ut ait Augustinus) saltem earum varietate facietur. Igitur seren9 iste aer tui animi psimilis. cito erit turbidus atq; nubilosus. ita ut te sub alio celo positum credas.

serenitas  
fastidij mat.

¶ Rom.

c.

**¶ Spectaculis delector.**

¶ Inter illud bonis viris est ignotuz horum enim loca bonis moribus sepe per contraria sunt. Ibi enī libido discitur dediscitur humanitas. Credeas firmiter sepe pudicitiam stratā spectaculis fuisse semper impulsam. quid enim ad sculam ire vanitatis iuuat. n̄ egetis preceptoribus. estis quidem nimis dociles maloz. plura enim domi per vos ipsos. q̄ oportet discitis. Nihil enim potentius in memoriā descendit. quicquid visu subit. facilius preteruolant audita. fortius herent ymagines rerum visaz. etiam inuitis. que tamen volentibus ingeruntur. vñ raro otius abire. quo pergis. et insipiens quo te rapit impetus ut ad ho-

¶ q̄

ram gaudeas unde semp doleas. ut tantum semel videas. qd̄ vidisse millesies penitebit. Suid miseris delini / mentis illectos. et velut stigio stupore diuisos. dulcedo amara delectat. et suavis inamena precipitat

**¶ Chorea me delectat**

Ibi non tam presens delectatio ē. q̄ etiam future sperate auspiciū. Ibi enim veneris precludia sunt. licet ludi tegmine crimen obnubilēt. artis hui9 artifices. Tolle ingeniosam hāc improbamq; spem. et alia quedam que illo tunc tractātur. scz quādo. ubi. et quomodo cōmodos colloquia possūt haberi sub occasione calua. et similia tolle inq; libidinem. et choream sustoles. Ex chorea nihil vnq; nisi libidinosum aliquid oritur. et inane spectaculum honestis oculis inuisum ac bono viro indignū. Corpus enim. animū ipsuz tegit et detegit. manū iactatio. mollis pes. vagus oculus ac petulās tale aliquod in animo esse arguit. qd̄ non cernitur. Itaq; cauenduz est modestie cultoribus. ne quod agant aut effeminate loquantur. Deculti nāq; affectus et pectorz latebre sepe paruis indicis patefcunt. motus. sessio. accubitus. gestus. risus. incessus. smō. animi signa sunt. Vez. Scipionē et quosdam alios narrat Seneca mouisse corpus ad tripudia. attamen cum esset animi fatigati relaxatio. et corporis exercitium non voluptas eneruatix mentū. neq; tamen sumoz virorum tuta semper imitatio est. Non omne

¶ No.

¶ Animi sig.

¶ Ex optoz nō c̄  
sepe imitatio.

**¶ Amāissima mihi mater**

¶ At tu illi iugis pauor es. perpetuū desiderium. Suipe maximus amor patris. matris vero vehementissimus. uterq; tamen talis ac rancus. ut enī uix

.cc.

nisi rara admodum filii pietas eque  
rit/pulchrū tamen inter parētes de a  
more ac pietate certamen/uincāt tam  
illi uelim quibus largius Fons celestis  
caritatis affluerit. At dolenter dix  
rim nūc vsq; soliti vicere sunt parētes

**T** Opportuna mihi mater **¶**

Bonus ei filius esto tu. Scito te il  
li primū pondus fuisse atq; rediū de  
hinc quidem acerrimū dolore. 7 post  
continū timorem trepidāq; sollici  
tudinem perpetuam. memēto enī vte  
ri alteriusq; vberum. quot ei somnos  
quotq; cibos. quot iocos tuis fletib9  
obrueris. quot autē met9. quot do  
lores. tuis casibus pepereris. Hui9 enī  
atq; aliis effectum est. vt nulla maior  
inter homines ingraticudo est. q̄ que  
in matrem committitur

**T** Annosa mihi genitrix. **¶**

Cogitabis preterea. vnde veneris.  
aut quo pergas. quotiens enim hanc  
et sinul terram inueniens aspexeris. q̄ a  
gustum habitaculum te amiserit. et q̄  
angustum accipiet precogita. atq; iam  
inter vtrumq; positus. auaricie et sup  
bie frenum stringe.

**T** Volo vxorari **¶**

Ergo valedicere vis virtuti pari  
ter et quieti iam liberis ac vxori sunt  
inferuire res est impossibilis. ante om  
nia enim vsibus vxoris necessaria. p  
curanda sunt. vestes precise. aurū gē  
me. ancille. varia suppelectilia. sump  
tus et similia. deinde querulose quest  
iones audiende sunt totis noctib9. il  
la ornator incedit in publicū. hec ab  
omnibus honoratur. in conuentu fe  
narum. ego despicior. cur vicinam as  
pexisti. quid loq̄haris cū ancilla. quid  
de foro veniens attulisti. non amicuz  
habere poteris neq; sodalem. alterius

amorem odiuz sui suspicatur. insuper  
eius facies semper inspicienda. laudā  
da pulchritudo. ne si alteram inspe  
ris. vt tibi putet displicere. deniq; si cō  
miseris ei domū. sibi erit seruiendū. si  
tuo arbitrio aliquid reserues. nō sibi  
fidem credit haberi. ac in odiū et iur  
gia confestim conuertetur. ymmo ni  
si cito reconciliaueris. parabit venena  
Adice quod nulla uxoris est electio.  
s; talis qualis aduenerit. tolerāda est  
si fatua. si feda. si contumax. aut sup  
ba. post nuptias. uicia discimus. Bos  
equus asinus et vilissima mācipia an  
q̄ enimus. pbamus. nō experitur so  
la vxor. ne prius displiceat q̄ ducat.

**T** Pulchrā ac nobilē duxi uxore **¶**

**¶** Speciosa catbena uinctus es  
a qua te sola mors liberabit. Sane an  
ceps uxoris electio est. Nā deformis  
facile fastiditur. formosa uero. diffici  
le custoditur. Ea lege. qua inter formā  
corporis atq; animi castitatez prope  
perpetua lis est. adeo ut poeta dicit  
Cōiunctā forme raro fore pudicitia  
praro hec duo sub uno lare habitāt.

**T** Vxor mihi amācissima ē **¶**

Cum amore suspicio zelus et quere  
le subeunt. Insuper mortale duellum  
domi habes. et ex ipsi iocis et uolup  
tatibus inimicitie erūpent atq; impro  
peria. neq; in mensa. neq; in thalamo  
tutus eris. tempus nullū litigio uaca  
bit. vndiq; vexationib9 garrulet. me  
dia nocte impugabit.

**T** Gratam uxorem duxi **¶**

¶ Falleris te duxit. nimis diu eteniz  
eras tutus. Vtiq; nunc te exercebūt as  
sidue. familie. iugum. arche sumpt9. di  
urnū fenestre spectaculum. nocturnū  
murmur. iugis rixa. atq; continua abs  
q; tranquillo tempestas.

De dilectōe  
ad vxore

**T** Uxori mee placeo

Quanto melius displiceret ei. neque tunc te amando premeret et attereret. ac te tuasque res cogitare sineret. atque somnum capere. nunc vero quia places. nihil aliud quod placere tibi possit speres. preter illam. te enim totum sibi vendicabit. et vix totus sufficies. porro si quo ire disposueris. velle te fugere credet. et fuge causas fingere. si quid agere incipias. oblitam se putabit. si quid meditaris aut cogites. te sibi iratum dicet. si somno cesseris. externo te fessum venire clamabit. Postremo quod dem. ut sub breuibus multa dicam. si ut uxori placeas labores. tibi atque omnibus aliis inutilis sis.

**T** Uxor me ardentem amat

Nulla te amaret caste. pie. sobrie. verecunde. quid enim amor ardens nisi anime est incendium. quo ardente quis ibi modestie. quis reuerentie coniugalis. quis tranquillitati locus esse potest. quis quieti. vni sit amati decus oportet. Adhuc quod zelotipe conuigis. vir insomnis est. nunc blanditiis nunc querelis. nunc fictis criminibus excitandus. exercendusque per noctem. demum si vel oculum libentius deflexeris. si redeunt lencius arriseris. si uicinam leto vultu salutaueris. si alterius formam laudaueris. si ad domum tardius redieris. finaliter si aliquid dixeris aut feceris quo ei fueris suspectus. presertim unde reus lesi appareas. amoris capitale crimen erit.

**T** Duxi uxorem thori sociam

Et somni perpetuum exilium. addere debuisti. Nam lecti maritalis. raris et tenuis somnus est. hinc enim voluptates et conuiuia. hinc lites et iurgia. requies vero nullam.

**T** Uxorem duxi pia. casta. humilem. obsequiosam et pulchram

Adirus auceps qui corniculam auidam inuenisti. vix est aliquis qui fuscum se putet inuenisse.

**T** Uxorem formosam duxi

Difficilem puiciam nactus es. vigilis necesse erit. quia durum est custodire quod a multis appetitur. Scias propterea te domi ydolum habere. quod coles. quod adores. unde totus pendas. Alias quoque curas. immo libertatem propriam abicias. atque ad edictum eius viuas. denique videbis indies peregrinos habitus nouosque. hinc lauda corporis habitudinem. quod bene omnia deceant. illinc inuentricis ingenium ad omnia perfacile. facturam vero patrimonii. lucrum pura. Caueas enim ne quacumque aliam laudes. sed neque ab eius fronte oculos diuertas. ne ei etiam partius solito blandius ve arrideas. Si quid in hiis respueris. id vulnus vix ullo poterit oleo mederi. si propter formam solam diligis uxorem. cito illam odies. Fallax enim est gratia et uana corporis forma. sed et breuis. presertim feminea. etsi forma partibi sit exerceberis. alioquin cito te contemto queretur capellanus. Postremo omnis immoderatus amor mulierum. rationis est obliuio. proximus insanie. altos animos effeminat. conatus magnos ad humilimos trahit. querulosos facit iracundos. temerarios et impuisos. atque seruiliter blandos. hinc semper flagrat cupiditate fruendi. tamen insatiabilis est. et plura tempora perdit gemitibus. ac lacrimis atque suspirationibus. grande odium sui facies cuiuslibet sane menti. Ergo dilige quod diligis. Si formam solam diligis com-

Formositas cito perdit.

Non bene vix

Arzidor.

pedes aureas. atq; splendidam seruitutem diligis. vanitate suffultam.

**T** Vxorem fecundaz duxi ⁊ facundam.

**C** Multas rodentes curas. multosq; labores acquisiisti tibi. quippe et multis subactus es fantasmatibus. id nutris quod alter forsan genuit. Porro coniugē querebas. et magistrā inuenisti. adiutoriū tibi datū fuit. quod cessit in improperiū. nunc enī habes curā qua declames ac disputes. aliquid vero loqui sine censura ei⁹ nō presumas. Inter mundi enim tedia nihil importunius ꝑcaci muliere. tacere nescia nouissimū ingruēs sermonē.

**T** Dotem magnam accepi cum uxore.

**C** Malum malo addidisti. dos nāq; et forma coniugalis. duo stimuli sunt superbie. mulier enī si pascat virum. non sociam sed dominā se putat. s; dos atq; forma hoc ē auaritia atq; libido. hodie in matrimōio sole queruntur. q̄ facius tibi erat cū inope q̄ escere. q̄ laborare cum superba. Esurire cum humili paupercula. q̄ cū insolente litigare. quia quanto dos uxoris maior. tāto animi maior est elatō. minorq; timor ad maritū et reuerētia.

Neq; eius audebis vitam reprehēdere dum dotem eius cogitas. neq; temptabis humiliare illā per quā te mēneris superbire. paciētie scuto munitas te oportet. quia non solū tedia. sed etiā probra tolerabis improperia es atq; iniurias. Preterea nihil ad rē ꝑtinet quanta dos sit. sed qualis sit mulier. neq; in dote quāntitas sed qualitas extimanda est. vnde perspecta. q̄bus modis sit parta. quia frequēter multe et magne dotes malis artibus

acquisite sunt.

**T** Fati sunt mihi filii. **C** Dulcedo tibi amarissima est. atq; fel melle circūlinitum. fontem grauiū causarum. domi tibi natum fore scito. quia nūq̄ vitam ages sine metu ⁊ angoribus. porro neq; timere neq; sperare noueris. ac vota facere. Sic nunc disces tuo cum periculo. disces parentes orbis misereri. disces in breui cursu longas curas texere longioraq; negotia ordiri. discesq; de hīs que nihil ad te attinent. torqueri. disces ea q̄ nūq̄ sis visurus. disponere. Postreō disces alios ꝑl⁹ q̄ te amare. amare dico. ardentissime. tepidissimeq; amari. sane duras artes. omnes tamen.

**T** Plures habeo filios. **C** Hunc primū scisti. quātum ipse tu is debeas parentibus. Porro arbore seuiisti. ꝑcolendam studio indefesso. que dum viuis te exerceat. cuius aut nullos aut seros. et forsan post obitū fructus speres. Sed si boni ac probi tibi fuerint filii. iugis tibi timor erit. si mali quidē sempitern⁹ erit tibi dolor. interz ꝑdebile solamē. certa cura.

**T** Cōplacui michi in filiis. **C**

Anxia felicitas ac sollicitū gaudiū et sepe mestum. modestius letare. ꝑpossum multos illustres viros in mediū proferre. quoz felicitati nihil magis obstitit. q̄ filios habuisse. quibus quodam caruisse. est infelicitate felicē esse.

**T** Formosos habeo filios. **C**

Magnū in maribus forma discrimē sepe est. in feminis ꝑmaximū. quia vt preferitur. pulchritudo et castitas raro simul habitant. neq; enim volūt neq; enim si velint. licet. Cum enim omnia humana. in primis tamen pudicitia male tuta est. ꝑsertim vbi egregie

forme pulchritudo cōiuncta est. Sūt enim quib9 inuidetur. sed infra suos fines sese inuidia continet. dolet. irascitur. ultra non p̄greditur. Sunt 7 q̄dam qui in fine9 vsq; inter odia senuere. quidamq; vsq; ad vltimum vite inconcussa tirāide vigerunt. Ceter9 quot assidue plac̄to mari naute quot per siluas mercatores transeunt mercibus saluis. vt nec pirata istis neq; vltus predo illis obfuit. quā formosaz intempratam dabis mihi tu. quere bonos forme effectus. et quos inueneris renūcia. vt cum contrariis oparetur. Preterea in forma aut in pulchritudine corporis. sicut in omnibus aliis. bona mediocritas est. mala omnis nimietas. sed si alterum eligendū esset. extremorum quidem forma gravior foret. sed gibbus puto tucior.

**¶ Formosissima mihi filia est.**  
**¶** Sane nobilissimus ille philosophus humane sapientie quasi terrestre quoddam oraculum. nihil se scire dixit nisi hoc ipsum quod nihil sciuit. et tu te scire putas omnia. Sane si quæ multa ignoras cogitas. pauca te scire reperies. Intellectus enim humana (ut ait Aristoteles) se habet ad manifestissima nature sicut oculus noctue ad lumē solis. Hinc philosophū quendam per. xxx. annos laborasse legimus. ad cognoscendum proprietatem vnius musce. nec tamen intentū obtinuisse. Esto tamen quod multa scias. differentia tamen est scientiarum. legisti quidem. Scientia in lacrimis legisti. Sui addit scientiam addit et laborem. vna ergo est scientia in lacrimis. alia contristans. Pende an vtilior illa que tument an que dolet. puto tumentem dolentem prefers quia sanitatē quaz tumor postulat. simulat dolor et ex hoc salutem magis appropinquet. Omnis enim qui petit accipit. qui cōtritos corde sanat. inflatos execratur cū superbis resistat. et humilibus det gratiam. Scientie ergo que in lacrimis coniugetur que edificat. et uerā scientiam inuenisti. hoc scire scientiam preponit quia preponit scire in firmamentum suam magis quæ mundi scire. menia fastigia celorum et terrarum fundamēta. hec afficit enim nō extollit. et quos replet. lamentantes non superbientes facit. Primum enim se scire appetit. et iam sui ipsius cognitio. secretorum subtilius absconditos sinus pandit. ait Gregorius.

**¶** Valde multa scio.

**¶** Plus velle scire quæ facis est. incēperan-

tie speciem scito. preterea quāto plura scis. tāto plura dubitabis. Sicut avarus pecunia non impletur. ita neque curiosus scientia. nō igitur ut plura sed ut melius scias interest. Nil enim refert quantum luctator sciat. dūmodo sciat quod victoriae satis est. Satis te scire puta. cum discere possis hanc vocem. vici nō pfas quidē aut medos. aut barbaras aliquas nationes. sed ambitionem superbiam iram auariciam gula luxuriam. et similia que fortissimos gentium vicere victores. hanc ergo scientiam scire curato. In hoc breuius vite cursu quæ vicinior esse senseris salutem quia sicut apostolus ait. Sui se aliquid scire putat. nōdum scit quomodo eum scire oporteat. vides ne quia fructum et utilitatem scientie in modo sciendi constituit. Scias. quo ordine. quo studio. quo fine quoque nosse oporteat. Suo ordine. ut illud quod putas cum titulis obscuri. quot sine titulis clarissimi euasere. quot doctissimi viri seculis preteritis floruerunt. quorum studia et honesta studia fuere sine titulis. quorum finis veritas et virtus. reze noticia. eterne vite aditus. moralis vite ornamentum. Reliquorum ingens turba bonam gloriam querit.

**¶** Theologie ac philosophie titulum sum adeptus.

Illud sacrum nomen hodie prophani ac loquaces dehonestant. Dialectica enim aliter non tā subito pullulasset. tanta seges in vtilium magistrorum. Philosophia uero non sapientiam sed amorem sapientie sonat. verā sapientiam sole purgate anime intelligere vel amare possunt. Ad illud igitur redit quod scriptum est. pietas est sapientia philosophi nostri. huius scientie

ex musca

inflas  
alia gistas

Remex

contemptores vel ignari ad nuda; et uerbosam logicā redacti sunt. adeo ut et theologi de deo ac de natura philosophi sic temere fabulantes. Illi quidam maiestatem omnipotentem ventosis sophismatibus circūscribunt. Isti uero de nature archanis ita gloriose disputant quasi e celo ueniāt ac consilio interfuerint dei omnipotentis.

act. 69

de lib. 5.

**T** Libros cōpono fame cupidus. **C** Adirū studiū de labore uentum quere. Aptare enim uentum nauicū putabā. forsitan uilius arasses agrū tuum. pauisses gregē texuisses telam uel maria nauigasses quā quidem natura multos fecit mechanicos qui ea inuēt atq; reluctante philosophantur. Sic et multos philosophie aptos natos in aruis aut paluis. in scampnis opificū aut in nauarū trāstris. fortuna detinuit. Et inde est qd multi mirantur inscū causaz qd in maris medio. In rure in siluis. In officinis inueniunt. Ingenia acria et erecta. cum in scolis sepe stolidia et delecta. Difficile enim vincitur natura si vincitur. Verum hodie quisq; aliquid pingere in membranis didicit. manuq; thealamum versare. Scriptor uult haberi. omnis doctrine ignarus ingenū expers. artis egēs. huic faciendi libros non est finis. suis se finibus homines utinam continerent. constaret rerum ordo. qui mortaliū temeritate confunditur. et scribet qui scirent et qui nescirent legerent. uel audirent. Nam clare intelligere retinere tenaciter aperter artificiose scribere dictare pulchriter et ornate. paucorum est. Et si hiis rebus multi multiplicentur (que tamen omnia nisi ad ueritatē referantur) quid aliud qd inanis iac

tantie instrumenta inuicilis atq; strepitus.

**T** Ingens mihi copia est librorum. **C** Terte uoluptate librorum iactantiam multi querūt. qui ex hac parte suppellectilem exornant suā que ornandis animis inuenta est. Sane non est hoc nutrire ingenū melius libros percurrere sed necare mole rerum et obruere atq; more tantaleo in undis mediis animū prius quod maturius ad salutem. Suo studio ut illud audentius quod uehementius ad amorem. Suo fine non utiq; ad curiositatem uel ad inanem gloriam sed ad salutem tuī primum. ac deinde ad edificationem proximorū. Sunt utiq; qui scire uolunt eo tantum fine. ut sciāt et turpis curiositas est. Et sūt qui scire uolunt ut sciāt et stulticia uanitas est. Sunt et qui scire uolunt ut uendāt et mercentur diuicias delicias et honores et turpis questus est. Itē sunt qui scire uolunt ut edificentur et edificent et caritas et prudentia est. Itē quidē scire querūt ut beneficiāt. Deniq; intellectus bonus omnibus faciētib; eū primi tres audiant. sciēti bonum et non faciēti. peccatum est illi. et plagis uapulabit multis.

94<sup>x</sup> mo 9<sup>o</sup> p<sup>o</sup> d<sup>o</sup>

**T** Adulta profiteor tamen. **C** Adhuc sicut ydyotarum facile est uinci. ita difficile cōpelli. Sicut igitur boni sciunt et prauī. et si pedē figis beaticas dyabolū. quia plura sūt utrisq; quē tamen non meliorē sciētia facit. qd malum semper tenet obstinata malicia. Ex hoc colligere potes ad maiorum culpe cumulū pertinere. Scire qd quid sequi debeat. et tamen nolle sequi quod sciāt. Quam obrē nō plene per sciētiā tibi osulcū

f. oro h. affezedo  
f. ing. v. 7.

Corre.

Ex. in sole.

fidam quā nullomodo reprobare ve-  
lim. cum omnis homo naturaliter sci-  
re desiderat. Sed reor illam non suf-  
ficere ad salutem. pro qua re laboran-  
dum est. Preterea sicut sol non omnes  
quibus luce accendit. Sic et multos sciē-  
tia docet quid sit faciendū. quos ad  
perficiendum non incendit. neque ideo  
quia plura scit aliquis amplius dili-  
git. cum aliud sit videre aliud dilige-  
re. Scriptum enim legimus non vide-  
runt me. et oderunt me et patrem meum

Ex. in diuis.

Tobias.

Ex.

Ex.

Ex.

Sic etiam qui non scit sed qui diligit  
sermonem dei seruat. Suipe aliud est  
multas diuicias scire. aliud habere.  
neque diuitem noticia facit. sed posses-  
sio. Sic prius (inquis) est scire quam face-  
re. cum iuxta poetam. Ignori nulla  
cupido. Fateor quidem nil amari pos-  
se nisi cognitum. sed duplex ratio in-  
dicium esse scito. discretium quo ratio  
ipsa iudicat quid agendum sit. et quod  
vitandum. circa quod scientia non est  
virtus. Aliud est diffinitiuum. quo ra-  
tio hoc uel illud fieri uel non fieri im-  
perat. circa quod est virtus. In pri-  
mo igitur iudicio se habet ad opus  
bonum scientia sicut consiliarius. In se-  
cundo uero. ut imperator. Cum enim  
ut ait nullus appetere potest quod ig-  
norat nec cauere malum nisi cognitum.  
Taliū uirtutum scientia precedat di-  
co. et sequatur uirtus. Alioquin plerumque  
stabit unum facere. quam multa profi-  
teri.

**U**ltis sum ornatus titulis.

**S**ane uirtus nullo titulo eget  
neque titulo gloriatur sed sibi ipsi titu-  
lus est. Vanitas autem fecunda folio-  
rum est et frondium sed fructuum est  
inanis. Nulla utique scientia uera aut  
sapientia titulos curat. pro seipsa enim

quolibet satis clara est. Suis tamen stul-  
tus qui ut uideret soli lucernam ad-  
bibuit. Sapientes sunt ut faciāt ma-  
la. benefacere nescierunt. quia volup-  
tatem pro uirtute colunt. Diligunt  
hoc exilium pro patria. Ita presenti-  
bus fruuntur ut futura rideant. Ado-  
eneruati sunt et effeminati. tanta quo-  
que est animorum leuitas ac mollicies.  
Hinc enim in bello isto eterne pacis.  
primo quod cum ipso mundo geri-  
mus cuius nos facere poterat uirtus  
sola uictores a qua uolentes sciētes/  
que destitumur soli imbecilli et inermes  
cum hoste tanto congregimur. quos  
ille nimirum (uelut leue quoddam) at-  
tollit ac deicit in gyrum rotat et lu-  
dit nobiscum. vincti quidem tolerabi-  
lius foret nunc habemur et ludibrio.  
Huius enim hostis duplex acies est  
vna prosperitatis qua blanditur ut  
fallat. altera aduersitatis qua minatur  
ut frangat utraque metuenda utraque  
tamen toleranda. hec freno indiget. il-  
la solatio. hic elatio animi reprimen-  
da. illic refouenda fatigatio atque sub-  
leuanda. uerum est utrobique par dis-  
crimen. blanda tamen magis formi-  
danda est. immo quam minarum. ut exē-  
pla uite probant et rerum experimen-  
ta. uerum et magnum difficultatis ar-  
gumentum raritas. Nam qui damp-  
na qui paupertatem qui carcerem qui  
exilium qui supplicium qui graues mor-  
bos qui fortissimas temptationes et  
qui mortem ipsam modestiori ani-  
mo pertulerunt. Plures uidimus qui  
diuicias delicias dignitates plausus  
nullum. Vidimus etiam plures contra  
aduersitatis ictus inuictos persistisse.  
quos strauit ludo facili prosperitas  
et robur. Quod mine non fregerant

inflexere blandicie. Nescio quomodo mox ut fortuna tritior esse ceperit mens emollita fieri incipit tumidi oris obliuionem sui concipere. Sed ut dulcescat magis uirtus ipsa auidius queratur ameturque tenetius que in diem rariora habet hospicia. Cuius spes si uideri posset ut ait Plato omnium inuentium oculos ad se traheret. Ostendendum qualiter illa ab hoc ludibrio nos liberat atque ab hoc implacabili hoste uirtus sola triumphat. Quomodo quoque intrepida semper et inuicta nullos inanes perhorrescentes strepitus. Inter aciem hanc et illam superba incedat magno cum contemptu utriusque. Quod quidem aptius monstrare suadere copiosius ad presens animus aspirat in duobus libellis sequentibus. In primo quidem quomodo uirtus nunquam credat letis neque blandis attollatur. In secundo quomodo contempnat minas neque aduersis ullis terreatur. Sparsim uero in utroque ostendit uirtus uanitati quam leuis sit cum ueritas enicuerit quam nil sit ypocrisis cum ipsa uirtus effulserit. Ostendit superbie quantum humilitate sit inferior auaricie quantum sit pauperior largitate. Astucie humane quam stulta sit obiecta prudentie. Ostendit quoque uoluptati quam feda sit temperantie compata ut ex colloquio.

**T** et **E** Faciliter comprehendendi potest ut scilicet cultor uirtutis et amator ueritatis.

**E** Docetur. **T** Vero tyro uanitatis scilicet torquere rebus attonitam omnibus inbiancem. Unde ait Seneca ad Lucillum. Nunc habes librum reuoluere nunc illum animus est dissoluere. fastidientis inquit sto-

machii est multa degustare que uaria sunt et diuersa inquinant non alunt. neque cibus prodest qui corpori non accedit sed assumptus statim emittit. In studio enim multa delectant pauca profunt. Certis igitur ingeniis immorandum est. Hunc quidem aliquid aduersus paupertatem. alio tempore aduersus mortem post aduersus superbiam demum aduersus iram gulam libidinem et alias pestes animi colligendum est. Tandem unum excipe quod illa die coquas etiam et si plura percurrens alioquin nusquam erit qui ubique erit. fallit enim sepe uiatorem uiarum multitudine. Hinc qui certo calle ibat interdum hesit in uiuio. Porro peregrini multa habent hospitia paucas amicitias. Idem et illis accidit qui nulli certo se applicant ingenio sed omnia cursim perperantes transmittunt. Sic ergo disstringit librorum multitudine et obtemperandum. Sicut bellatorum magnus numerus sepe nocuit ad uincendum. Non igitur quam multos habeas libros refert sed quam bonos et quam modestus tibi horum usus fuerit. Mediocritas semper amica prudentie inimica nimicitas. Illa enim semper utilis. ista quoque superflua nocuit uerum non abiciendos libros uelim sed sequestrandos ne qui profuturi essent in tempore ob sint intempestiui. Multa onerosa sunt discuntibus. doctis uero pauca sufficiunt. Nimia uero sunt utriusque importuna.

**T** Multos preciosos libros habeo. **E** Jam illius senis ad manuum mihi sententia est. De quo in patrum libro legitur. Prophete inquit et apostoli magna docuerunt uite precepta in scriptis posteris suis reliquerunt

quibus multi doctores ac alii viri ma-  
gni successerunt que magna opati sūt  
in eis. Insuper et plura de suis adie-  
cerunt. Hunc inquit venit hec general-  
tio hominū et scribere facit preciosos  
libros et ornatos et ponunt eos in fe-  
nestra sic et tu multos libros in uincu-  
lis tenes qui forte serumpere possent  
atque loqui ad indictum privati carce-  
ris te uocarent. Hunc flent quidē et si-  
lent taciti. Sic enim sepe unus auarus  
iners ac inglorius rebus affluit quibus  
multi egent studiosi.

**T** Multarum rerum mihi est me-  
moria. **E** In rebus multis  
sunt pauca que delectant plurima que  
cruciant ac per hoc in recordatōe mul-  
tiplici est et multiplex molestia. Que-  
dam namque conscientiam bellicant que  
dam pungunt et mordent quedam vul-  
nerant aut exterrēt quedam deiciunt  
et confundunt. Hinc est quod cum The-  
mistodes audisset quod Simonedes ar-  
tem memorandi innenisset ait se mal-  
le obliuionis artem discere quā memo-  
rie. Sed etiam cum delectabilium rerum  
quibus usi sumus sepe molesta recor-  
datio est. quot tunc confusionum spes  
et ignominiarum. quorum memoria etiā  
in mediis honoribus tristis est.

**T** Memoria mihi prompta et  
tenax. **E** Vallem tibi esset volū-  
tas pia castum desiderium honestatō-  
silia actusque innocui atque vita probri  
nescia. Sed unde ergo tibi celestium  
oblutio preceptorum que sūt et pau-  
ca numero et pretio utilissima. Unde  
inque unius diei oblutio atque cuiusque  
rerum harum terrenarum forsan me-  
moria esse tibi potest que volacilis est  
et vaga et cum celum et terram pagra-  
ueris reuertī nescit in seipsam sed in me-

ta inutilia dispersa. Illud unū quod  
est saluberrimum obliuiscitur. Sane  
stultum est eorum meminisse propter quod  
cui obliuisceris. Verum etsi rerum me-  
moria multarum aliquid quādoque ad-  
ferre secum uideatur delectatōis plus  
anxietatis tamen senties ac molestia-  
rum.

**T** Optima mihi est memoria.

**E** Ingens aut magna dicere vo-  
luisti. Ados imprudencium est super-  
lucius vti. Quod enim per habitudan-  
tiam dicitur vni soli conuenit. Nihil  
autem melius optimo. Si ergo dicto  
tuo fidem queris ut optimis meliorem  
te prebeas oportet dānosa ergo me-  
moria tua reiciat stringat utilia ne ta-  
men sedulo que delectant aggreget  
sed que prosunt. Et cum beneficiorum me-  
moria nunquam debeat consenescere pre-  
cipue de beneficiorum iugiter memi-  
neris. Memento quidem in quantis  
malis te inuenit a quantis periculis  
te eripuit a quibus multis peccatis te pre-  
seruauit. In quantis bonis te consti-  
tuerit a quibus magna tibi contulit a quibus im-  
mēsa que promisit. Denique memento pec-  
catorum tuorum ut doleas memento  
mortis ut peccare desinas. memento  
inque iusticie diuine ut timeas. ac diui-  
ne misericordie ne desperes. et tunc te  
sane memorie dicam.

**T** Magna mihi eloquentia.

**E** Sane illud donum dei fateor  
sed anceps quidem cuspidē gemina.  
Hanc et inuenitur veridica simplicitas  
et falsitas composita. quare igitur uti-  
eis scias refert. Sane nihil sine labore  
melius manifestam facit veritatez. si-  
cut simplex et pura narratio. Sed sunt  
plures aduersus iusticiam discreti do-  
centes suas linguas loqui mendacium.

De memoria

Themistodes  
de Simonede  
mētou.

De eloq.



Mo. gr. locans.

eruditi ad fallendum. Astuti ut ipu-  
gnent veritatem astruētes non cōpa-  
ta sed sua/instruūt illos a quibus in-  
struendi erant. atq; per ornāmēta lin-  
gue dulces laqueos spargūt. Eloquē-  
tes autem non ut suadent pacem in-  
ter homines aut edificent ad salutem-  
sed ut turpia facta palliato sermone  
tegant. Horum enim eloquētiā q̄dam  
non inepte gladio furiosi compāt qz  
reipublice expedit utrosq; esse iner-  
mes. Ne vero eloquium modeste. dū  
dum atq; veritati aliquid magni es-  
se non inficiat. ymmo q̄ plurimuz  
commendo tanq̄ putile communita-  
ti. Alioquin vinctum esse prestabit.

**E**loquentia mihi dulcis et or-  
nata. **D**ulcedo ista ac or-  
natus nescio quid blandi et dolosi mi-  
hi refert. Nil virile quidem nil sincere  
habet namq; et suum venenū blā-  
da oratio. Sane nihil pluris h; apd  
rectos iudices. suavis et compta viri  
oratio q̄ fucus meretricis vel mellitū  
virus quod licet appareat et mulceat  
si tamen precipuū ac essentiāle defue-  
rit eidem nihil prorsus aut nullo mo-  
do proximum videri debet.

**H**abundo verborum eloquē-  
tia. **S**ane non multis uerbis  
opus est sed efficacibus. Raro illi mlt-  
ta uerba proderunt sed pauca nō suf-  
ficiant. Quem admodum enim semina-  
ta et uerba spargenda sunt. tancum  
p̄doncum auditorem inueniant mag-  
num loquendi exemplum gneyz len-  
tulus nobis dereliquit. ut attestatur  
Seneca. Vir enim iste cum esset diuici-  
arum augur cupidissimus. erat et illi  
tanta uerborum inopia. ut ei promp-  
tius nummos exponere q̄ uerba emic-  
tere vel proferre sermonem. Sane mi-

ror sepe quō multi (qui etiā se sapien-  
tes eē volunt) tam iactantis sunt elo-  
quētie. ut quicquid paucis uerbis ex-  
plicandum erat. uocibus manib; in-  
terpositis. longa et circūflexa ambal-  
gia. vix tandem cum magna aurium  
aliorum molestia concludunt. et nihil  
ominus se breues eē putant cū sint lō-  
gissimi dantes operam ut multas res  
breuiter dicant. non ut paucas decen-  
ter et modeste. Cum tamen id stultis  
accidere duntaxat mentibus soleat.  
qui proprio sermone gloriāntur pu-  
tantes se audiri tam libenter q̄ ipi. p-  
ni ad loquendum sunt. Quo fit ut cū  
attentos esse credat suis uerbis. audi-  
tores. intentosq; sine fine dicentes cū-  
tis sint fastidio. Ne per hoc unde pla-  
cere credunt displicent. Unde talē in  
suis uerbis tam liberalem loquentem  
philozophus ille audiuit qui dixit.  
vellem inquit auribus meis te audi-  
res.

**G**ratiam populi eloquentia  
sum adeptus. **A**ffinis ar-  
tibus fauor popularis queri solet. ra-  
ro uirtutis amicus plausum populi  
sic uenatur. ymmo nec ueneratur. quia  
nisi turpi rōe turpium amor adipis-  
citur. preterea uoluerē uerba et euol-  
uere et hinc administratōem sui apd  
impericū vulgus facere hominū in-  
doctorū est. Quid enim facilius q̄ vi-  
lem plebiculam (inqt Hieronimus) lin-  
gue uolubilitate decipere que id qd  
minus intelligit magis amirat et lau-  
dat. Istis ergo eloquentie aliquid eē  
pōt forsan sapientie nihil. ymmo al-  
tiori iudicio nec eloquētia mancipa-  
ri dēt. Sed loquacitas. que p̄caci-  
ac in uerecundis uberior esse solet. ta-  
lis enim lingue uolubilitas et uerboz

Hykoi?

ats nūcupā

1763  
Cex. Jan  
yneyz len-  
tulo.  
cet

copiam piis et cogitationum tuarum rationem a teipso exigas rerum tuarum incorruptus arbiter. forsan claris videbis quantum in anima sit vacui. et quantum vicia occupent. et ex hoc metiri potes virtutum plenitudinem. Ne qui si de malis queritur clamabis cum **Psal.** Circūdederunt me mala quorum non est numerus. Si de virtute quodcum alio propheta dices. Omnes iusticie nostre tanquam pannus menstruatus sic sunt ante te etc.

De Virtute.

**¶** Mediocris mihi virtus est.

**¶** Certe multum descendisti. magis gradatim ascendendum erat. Scio igitur quod in rebus altissimis (de quibus currit sermo) vix locum habet mediocritas. Esto tamen nec ex hoc tibi materia vlla esse potest gloriandi. sed in illo a quo virtus ipsa est (in domino scilicet virtutum) et ad quem per arduum iter virtus ducit. Illam enim prophetiam profitemur que non fructibus virtutibus sed utendis docet.

Tempus autem plane gaudendi non dum adhuc est tot periculis vite huius circumfusis. ubi omnis risus dolore miscetur. ubi extrema gaudia semper luctus occupat. Sed potius tempus est optandi et sperandi te gaudium. ita tamen ut metuas semper te doliturum. Verum si quid veri gaudij sentias. sciasque tibi unde sit et unde id quod tibi deest sit petendum. et magnus animo ac fidenti illud te speres adepturum. Jam et virtutem ipsam et tutum iter. et verum eternum atque plenum gaudium (fateor) inuenisti.

**¶** Magna mihi sapientia est.

**¶** Hoc putassem forsan si tacuisses. iam me premunisti. quia ubi maior iactantia sapientia minor esse solet.

De sapia. et ci. maxime

nt ait Cicero. Sui se inquit iactat. statim inuenit derisorem. immo tot derisores quos habet auditores. Unus forsan es de illo grege quorum numerus multus est magnusque. Quibus preciosum magis est videri sapientem et non esse quam esse quidem nec videri. Sicut et multi qui magis iusti videri appetunt et non esse quam esse iusti nec apparere. Adhuc enim multi philosophi sunt primos igitur sophistas vocat Aristoteles secundos hypocritas. Amborum autem officium fallere est et in primis seipsum. Isti verbis illi gestibus. alii nutibus ac signis iustos et sapientes se ostendunt. Stultos prauosque moribus atque vicia. Preterea si tu es sapiens non dixisses quippe non presumit non inflatur. gemit in seipso non gloriatur. semper quod desit sibi ponderat neque acquisita sed acquirenda semper cogitat omnia namque illi desunt qui sibi nil deesse putat.

Igitur si uelis fieri sapiens noli temet ipsum opinari sapientem. Credere enim se sapientem primus est ad stulticia gradus proximus profiteri.

**¶** Inter sapientes deputatus sum.

**¶** Felix nostra etas non contenta paucis sapientibus sed in singulis orbibus more pecudum sapientes numerat. Sed quid miramur multos esse qui fiunt tam faciliter. Nempe ad alicuius scientie gradum. Suis stultis peruenit ad consulatum. alius eligitur alius ad dignitatem aliquam sublimatur. Assistent fautores aut amici et prandium celebrant amore decepti uel errore. tumet ille. stupet vulgus affines plaudunt post ascendit cathedram ex alto iam cunctos despiciens. Nescio quid confusum murmurat. Certatim ruunt

De sapiens.

prandium

populi. et uelut diuina locutum. laudibus atcollunt. Ac clamatur sibi euge. Interim uero tyanniunt campane. strepant tube anuli uolant. induitur preciosis. figuratur oscula uertici. Huius patris quidam descendit sapiens. qui iam stultus ascenderat. Sic enim in studiis et urbibus hodie fiunt sapientes.

**T** Omnes me sapientem dicunt.

**E**t ad faciendum aliquid. ad sapientiam autem. nihil sentio. Imiteris forsan superscriptionibus litterarum. quibus nihil liberalius. Ita ut non satis sit sapientes esse illos qui non sunt. sed et egregios et insignes facimus uenerandos serenissimos et illustres. ut iam simplex sapientie titulus sit pudori qui pro paucis conuenit. Angeris stupor est. sed et scribentes ista licet sciant se mentiri. Urbani tamen etiam fieri mendatio appetunt. Sic et uos stultissimi qui legitis. non ueraces arbitrantes eos errore publico fallimini. Et de rebus suis nemo se interrogat. immo et alii credunt de seipsis. Vis namque sapiens agnoscere. certe oculos tuos retro. Memeto quotiens in hoc uite solo respiciueris. quotiens oberraueris. quotiens offenso pede cecideris. quot puclenda quot dolenda commiseris. Perpende etiam quotiens recubando hesitaueris. quotiens fallis atque falleris. et te tunc sapientem dicito.

**T** Vocor utique sapiens.

**E**t humanis enim rebus certe bene esset. si tot sapientes essent quot dicuntur. Nam illud perdifficile est. istud facillimum. Multi enim rerum ebrii calumpnia habent. sapientiam humanam amiserunt aut non attingerunt potius. quam in minimis subcilles sunt et cauci. In

arduis rudes et obtusi. callent astucia seculari. Sapientes inquit sunt ut faciant mala bene autem facere nesciunt. Sed uersuti ad fallendum sunt. solliciti ad fruendum mundo. ac cum de uera uita questio fit. aut de rebus quibus beate uel misere uiuitur. semper aliquid uentiletur. oculi caligant. obscuratur intellectus. Iudicia crepidant. cespitant consilia. palpant sicut cecus in meridie. et ubi uigent ingenia bonorum et sapientum. relucet sapientia. Pro si turbati sunt et moti sunt sicut ebrii. et omnis sapientia eorum deuorata est.

**T** Mundana mihi sapientia est.

**E**t sapientiam dixisti et sapientiam negasti. Nam si mundana non potest esse sapientia. quam apud deum stultitiam esse legimus. Si sapientia non utique esse potest mundana cum omnis sapientia a domino deo est. et ad datum mittit suos possessores. Sed ut puto humanam astuciam sapientiam uocas. que prius longius distat a se mutuo. Huius namque est cor machinationibus tegere. sensum uerbis uelare. que falsa sunt uera ostendere. et que uera sunt falsa monstrare. hec enim a pueris precio discitur. ab aliis continuo usu sciunt. Hanc qui sciunt ignorantes superbiendo despiciunt. uelut abiecti computantur. Hec bonorum culmina precipite querere. adepta temporalis glorie uanitate gaudere. Irrogata ab aliis mala cum usuris reddere. cum assunt uires nulli credere. Cum desunt quidem illud quod per malitiam explere nequit in pacifica bonitate simulare. istos sapientes vulgus appellat. Illis uero est nihil per ostentationem fingere. sensum cordis uerbis aperire. diligere uera.

*Thomaz ahu<sup>us</sup> uo  
ent. tiro uari  
sapias.*

*Thomaz .i. sapie  
uoc. q. si a doct.*

Falsa deuitare / gratis bona exhibere  
libentius collere mala q̄ facere / nullaz  
ultionem iniurie. querere pro ueritate  
contumeliam pati. lucrum putare. Per  
peude cuius sis amicus hanc et illa se  
quuntur qui ex parte eius sunt. Judi  
cio meo nisi stilum mures. male tutus  
ees inter canes si ta ceruus aut lepus  
q̄ stultus uideare.

**¶** Verus sapiens sum. **¶**

Ad sapientiam ueram nemo perueni  
re potest. qui falsa sapientia deceptus  
est. Stultus ergo fias oportet. ut esse  
possis sapiens. perge ergo quousq̄  
tibi stultus uidearis. et attigisti sapien  
tiam. Porro cum a sapere sapientia di  
citur. pfecto sapiens esse couincit. cui  
res sapiunt. put sunt. qui ita rebz tra  
sitorius nouit uti. ne eternis obsint.

Ita quoq̄ moderate presenti uti mu  
do. ut q̄tum pot. fruatur deo. Deniq̄  
hec uera sapientia. qua sapit deus sa  
pientia. uiuenti de spiritu eius. qua ui  
tam sua ordinat. componit mores. ac  
tus dirigit ac omnia opera sua quo  
da diuino sapore condit atq̄ format.  
que eos etiam cum quibus hic uersa  
tur homines oleo letificantis gratie si  
bi adlinat. ut uidentes opera eius. pa  
trem qui in celis est glorificent. Gra  
tiam habens ad amicos. ad inimicos  
patientiam. beneficentiam ad quos po  
tuit. et ad omnes beniuolentiam ad quos  
debet. Neminem contempnens. nemi  
nem iudicans. omnes diligens. et sal  
uos fieri optans. in uisceribus carita  
tis. Postremo ut breuiter cuz uerbis  
Bernardi concludam. Inuenisti inq̄  
sapientiam. si mala tua preterita de  
fleas. si penitentia hec bona paruipē  
das. si futura bona toto tuo deside  
rio concupiscas.

**¶** Magna de me opinio est.

**¶** Opinio autem hominum rem  
non ymitatur. Nihil enim est q̄ non  
sibi possit opinio confingere. Nam et  
si mortales omnes te bonum uirum di  
cant. non idcirco bonus es. Noli fa  
me nimis credere. sub pretextu bone  
opinionis. sepe mala multa perpetra  
ta sunt.

**¶** Multis in populo caro sum.

**¶** Malis ergo. quia pauci boni  
sunt. malorum autem malis actibus q̄  
ri amorem constat. Si ergo similitu  
do parit homini piculosior tibi uideat  
est q̄ incautam. nimia reddit securitas  
Nihil enim uicinius q̄ mors ipsa ui  
te est. que et si distantissime uideantur.  
contigue tamen sunt. prelabitur enim  
illa ista semper instat. et quocunq̄ fu  
geris. imminet ceruicibus. **¶** Adest u  
uentus senectus longius abest. **¶** In  
uentute nihil est mobilius. non enim  
stat sed mulcendo. fugiens abit. Insi  
diosus nihil senectute. que per tene  
bras et silentium pedetentim subiens  
ferit improuise. et dum longissima fin  
gitur. ante fores stat. Sic enim hec bre  
uis uita que esse incipit. carpitur assi  
due. et minutissimis porciunculis. du  
datur eripitur. et furtim nullo peduz  
strepitu inter sompnum et iocos efflu  
it et delabatur. **¶** Multum adhuc su  
perest uite. **¶** Fateor quidem de egi  
spacis omnes homines uiuerent. nunc  
pluribus uis itur ac disparibus cur  
sibus presinitur. primaq̄ etas morte  
sepe prior incidit. quo fit. ut pleriq̄  
uicinius sic extremo. qui remotior esse  
uidebatur. utinam temporis celeritas  
ac breuitas. ita in principio ut in fine  
breuior esset nota. Hunc uero intranci  
bus infinitum quoddam repromittit

exercitibus reddit nihil et quot secula videbantur vix sunt eodidem momenta et fraus demum cognoscitur dum vitari nequit. Hinc est quod etati illi frustra consulti tur incredula enim simul et inexpecta ostreprix consilii alieni inops sui non prius quod esse debuisset aduertit. Quod quod esse voluistis effecti estis. quod si in tpe de mille vel vnus inteligeret per se. vel crederet docenti non tam multis anfractibus presentem vitam duceret cuius vnica et recta per virtutem via est.

**C**upio diu viuere. **C** Pauci quod bene multum quod diu viuunt qui vultunt cum tamen bene viuere qui vult potest viuere nemo diu. Preterea qualis vita non quanta sit estimanda est quomodo enim de fabula sit et de tua vita cogita. de qua non quod diu sed quod bene acta sit queritur. Porro viuere solummodo non est tanti. nam viuunt animalia facta. viuunt serui tui viuunt uermiculi sed bene viuere magnum est. hic viuere scilicet ut merearis. semper viuere necque enim ut eant uiatores eunt. sed ut quo perueniant. Sic et hec temporalis vita tua non sui causa est. sed ut in ea aliquod magnificum ac preda rum facias ut discas mortis mundo dum viuere licet terrena despiciere dum habundas. carnem cruciare cum coronare posses. spernere uoluptates. cum eisdem posses immergi. Hinc in laude uiri iusti scriptum est. qui potuit transgredi et non est transgressus. facere mala et non fecit. Ita quoque scias uti istis temporalibus. ne futuris et eternis obsint. Deinde nunc bene uiues. si de producenda uita semper cogites. quia magna uite iactura ipsa dilatio est. alant amicitiam quis sis aut quales eripit ei prelia dum futu permittit.

ex. gen.

tua.

ex. var. de uis qui fut. vng. de 7. pap. h. b. ar. b. u.

estimare potes qui te multis carum iactas.

**T** Vicini de me bona dicunt. **C** Ignorantibus credere quod aliud est quod uolentem falli. Sane cum sic malum alios. pessimum tamen est se ipsum fallere. Igitur cuncta blandimenta respue. clauda aures adulantibus. de te ipsum consule. Memor sententie Cathonis. Cum te quis laudat. iudex tuus esse memento. quia periculum graue est tuam gloriam aliene lingue committere. et ad alterius arbitrium laudem obtinere uel perdere. Euzayas dicit. Popule meus qui te beatum dicunt. ipsi te decipiunt.

**C** Me magnificat uicinia. **C** Dulciloquio forsan delinica. uel muneribus aut sperans a te uel per te aliquid adipisci. Adultum idcirco te amanti ne credideris. quia amor cecus est. ac mitis interpres rerum et benignus iudex. Amico sepe fauent plusquam satis est. Ineus certior testis est quem interrogas uelim. Conscientia dico illa si obstrepit. Nil psunt adu lantium susurria. nilque blanditium aut fictionibus partum nomen. Eradice enim mala. nihil boni oritur.

**T** Alii nomen meum celebrant. **C** Suid si malus es et illi stulti. Reuera quicquid populus (erorum princeps) beatificat. et laudat. pene uituperio dignum est. immo etiam forsan alter alterum decipit. omnes te. Porro quid refert quid alii de te sentiunt. uide quid tu de te sentias. plus tibi propria conscientia quam fama ponderanda est. Hanc enim fugere potes. illa semper te sequitur quocumque ieris. Primum enim conscientie deinde fame consulendum esse scito.

de fama. et de ci. et o. tra.

Catho.

Euzayas.

de g. tra. no.

Vide etiam istu parzaphu p. ha. q. b. de fut. s. folio. 3. rotu. 4.

Quid nāq; pdesse posset si omnes mor-  
tales te laudarent et te accusaret sola  
conscientia. uel quid obeēt si omnes  
tibi derogarent, et illa te excuset. Pre-  
terea nullis cōuiciis falsis commoue-  
ri habet ille. qui sibi bene conscius est.  
quia non pluris alienum cōuiciū sibi  
eē debet. q̄ conscientie pprie testimo-  
nium. neq; plus obesse iniquitas ali-  
ena poterit q̄ pdesse pater ppri cor-  
dis innocentia. **¶** En ego mihi bo-  
nus videor. **¶** Ergo malus es. Nā iu-  
stus in principio sui accusator est. et  
tu laudator et iactator. Ille sibi dis-  
plicet tu tibi places. quia parietē cuz  
ppbeta non fodisti. Non dūz abho-  
minationes illas pessimas vidisti.

Incipit est q̄ iustificas te ipsum. cuz sa-  
piēs omnia opera sua uereatur. Pre-  
terea cura esse conscientia tua forsā  
pocest. secūra nūq;. Nihil ei commit-  
tas consulo q̄ quod committere pos-  
sis inimico.

**¶** Boni viri et prudentes laudāt me  
Nam punctum inuenisti. Estimanda  
sunt iudicia hominum non numeran-  
da. nec refert q̄ multis placeas s; q̄ li-  
bus. Tam turpe est enim a turpibus  
q̄ ob turpia laudari ait Seneca. Pro-  
bis uiris placere semper tutum q̄bus  
nihil placere pōt nisi bonum. Idcir-  
co non curandum. qd̄ prauū de te opi-  
nentur aut sentiāt. cum non iudicio s;  
morbo laborent. Cibum bonū et dul-  
cem egri lingua amarum iudicat. que  
sanis est amabilis. Quid ergo loquā-  
tur aut latrent contra bonos prauo-  
rum lingue. faciunt id quod solēt nō  
quod alii merētur. nec ullam auctori-  
tatem habere pōt sententiam illorū.  
quorū uita dampnanda est. De autē  
iusti meditabitur sapientiā. et lingua

eius loquetur iudicium. vana autem  
opinio impiorum. Preterea intus to-  
tum robur tuū. totaq; uirtus sit fidu-  
cia bone conscientie. totus tuus decor  
extra splendor. sit bone opinionis.

Gratia uera apud homines et fauor  
popularis. neq; iudicio peruenit nel-  
q; fama perdurat. Sed et quicūq; fal-  
so predicantur. suis necesse est laudi-  
bus erubescant. que sane nisi meritis  
quesite sint. Nihil utiq; consciētie bo-  
ni uiri adiecerint qui bonum suū nō  
populari rumore. sed conscientie uel  
ritate meretur.

**¶** Gloria magna mihi est.

**¶** Certe rem bonam. nisi falleris  
inuenisti. Nam gloria nullius laudi-  
bus crescit sicut nullius uicuperatiōe  
minuitur. Magnam ergo uirtutē ha-  
beas oportet. quia uirtus mater glo-  
rie est. Virtus enim sola. cui iure glo-  
ria debetur. et impeditur secure. Glo-  
ria enim que est sine uirtute. profecto  
indebite prouenit prope affectatur.  
ac periculose captatur. quia non rec-  
ti sed peruersi animi signum est. glori-  
am querere. non exercere uirtutem. uel  
le coronari. qui legitime non certaue-  
rint. uerū si scire uelis. An tua gloria  
uera sit. uide to quibus artibus para-  
ta sit. quia illā gloriā quā casus dedit.  
casus et eripiet.

**¶** Multimum mihi est glorie.

Nemo qui pauper est. famā pecunie  
querit multe. nisi ut fallax. et etiā nul-  
lus ignarus uirtutis opinione. quia  
uterq; sibi conscius etiā quid de eis  
alii sentiāt. quantum uel pecunie in  
archa istius. uel quantum uirtutis sit  
in animo illius. Si tibi ergo aliquid  
glorie fuerit. utere modestius. si min-  
fac ne populū diu fallas. id ē studeas

Aut est  
maior glori

q̄.  
q̄.

q̄.  
q̄.

q̄.

979.

97.  
97.

talis fieri qualis vis videri et esse potius mali quam mali videri velitis iuxta poetam Falsus (inquit) honor iuuat mendax infamia terret ammonentem per hoc quod homo virtutem ipsam haurire debet potius quam consecrari umbram eius. Alioquin si ostentationem suam inani vel ficto sermone aut vultu stabilem gloriam se opinetur posse assequi errat vehementer cum nihil simulatum possit esse diuturnum. et si casus superuenerit non tanti gaudium esse potest excelsa tenuisse. quanta est meroris de excelsis corruisse. Raro enim tanta gloria sequi solet post victoriam. quanta ignominia sequitur post ruinam.

**A**ppareo multum gloriosus. **F**orsan melius latentes et certe tutius. Iuxta Quindium. Qui bene laetit bene uixit. nunc autem cocaua nube circumdatus delitescis. si uel parum emergeris quo plus glorie tibi fuerit. eo plus erit post infamie. Si habere cupis gloriam. eam despice et eris gloriosus. Id enim est glorie proprium quod contempnat suos appetitores appetatque suos contemptores. et sic fugiendo consequeris quam semper insequendo perdes. Si potes istud credere. puto quod intelliges. si minus experire quidem et inuenies.

**V**ideor prefulgeri gloria. **V**el ergo promereri studeas aut graue non tuum indumentum exue. In gloriam esse prestiterit quam mendacitio gloriosum. Cum enim uera gloria seruetur cum labore. quid tu de falsa speres. nam cum omnis fictio difficilis sit. illa tamen difficillima quam omnes obseruant undique. Cum enim qui gloriosi sunt sint et cari. obscurum vulgus propter dissimilitudinem illos odit.

ideo graue tibi erit inter tot infidias hostium latere. Neque enim omnium oculos poteris prestringere. sane prius in te tanto studio deficies.

**C**larus longe lateque notus sum. **L**iuor abdita penetrari anturque putas ne conspecta pretereat. Reuera sunt pauci qui aperto hostio uiuere audent. quibus expediat apparere atque conspici. pauci uero quorum non noceat fame ad plenum cognosci experitur. verum illud poete. Adhuc presentia famam. Quam magis noticia raro enim sunt homines. quod videntur. Cum ergo gloria umbra sit virtutis (ut sapientibus placet) umbra per se esse non posse nemo dubitat. sed rei copia sit oportet. Si tibi uelis ueram gloriam non desse. hoc opta. hoc age. hoc totis uiribus conare. ut solida tibi uirtus sit. et te gloriam ueram dicam inuenisse.

**C**ontuli magna beneficia. **Q**uantum et qualiter et quibus dedisti refert. primo namque necessaria danda sunt. deinde utilia. postremo iocunda. quibus uero psalmus docet. Beatus inquit qui intelligit super egenum et pauperem. non superbum. aut potentem. sed semper pauperem. illum precipue. qui inuite petit et uerecunde accipit. uere hodie diuitie accumulatur diuitibus. plena superimplentur. In siluas ligna. in mari aque deferuntur. Sed uasa uacua implebat Heliseus. dedit oleum non habenti. Nunc uel ro arenti terre subtrahuntur aque. et fluentia irrigantur. Non enim istud dare est sed picere. Suid opus est dicere illos quos oportuit egere. Sane non liberalitatis res est hec sed prodigalitas. Quippe non dare petentibus.

De rollae bnf. 7.

Sen<sup>ca</sup>

nocitura beneficio putato. Damnoſa enim ſepe concupiſcimus. Non dabo aliquid adulteris laſciuis aut indig- nis. male uſuris (inqt Seneca) Ne aut turpis facti criminis reus inueniar. ſed ſi poſſum reuocabo. ſi minus nō iuuabo ſcelus. quia ſemper eſt negan- dum. quicquid contra ſe uſurus ardor appetierit. Hec ille.

**C**ontuli multa beneficia.

**E**ua dederis refert quia illud minus gratum eſſe ſolet. qd̄ inter diu manus donantis heſit. Quod quis egre dimittere uiſus eſt. Nam qui diu diſtulit dare noluit. ſicut uulgariter dicitur. Sui cito dat bis dat. neſcit dare. qui dare tardat. Sui tanq̄ ſibi eriperetur donat. Bene igitur et mag- nifice dediſti beneficium. ſi nulla dila- tione fuerit ſuſpenſum. grata quidez illa que parata que facilia ſunt q̄ oc- currentia. ubi nulla mora eſt niſi in ac- cipientis uerecūdia. Preterea aliqua- do donanda quedam ſunt. que acci- pientibus tantum nota ſunt. ymmo et interdum qui iuuantur. fallendi ſunt ut beneficium accipiant et a quo acce- perint ignorent. Sicut de Nicolao p̄ ſule pio legimus. qui in ſecreto noctis ſilencio auri maſſam in domo vicini p̄iecit. honori ſuccurrendos atq; pau- pertati. Item beneficium illud eſt mag- nificum. quod nullis precibus cōpa- tum eſt. Nullus itaq; beneficiuz gra- tis accipit poſt rogatum. ymmo nlla res carius conſtat q̄ que eſt empta p̄- cibus. Optimum ſane ut anteq̄ roge- mur accipiant. quia oneroſum uerbū eſt. demisso uultu dicere rogo. S; mo- leſtus id̄ repetere. Suiſſe perfundit rubore. qui tormentum hoc remiſerit donum ſuum multiplicat. Ceterū nō

ex precio ſed ex animo ſunt eſtiman- da beneficia et plus uoluntas q̄ res eſt ponderanda. Non enim quid ſit ſed qua intentione fiat refert. Alioqn̄ maiora beneficia eſſent. quo meliora que recepimus quod nemo prudens dicit. cum me multo magis obliget q̄ mihi parua dat magnifice q̄ qui iac- tancer magna. Sane opes regum eſt. qui animo magno dat exiguum. qui dat libenter et animo uolenti. qui ob- litus ſue paupertatis meam cū inſpi- ceret. qui cum daret putabat ſe acci- pere. qui dedit mihi tanq̄ nūq̄ accep- turus. Sui recipit aliquid tanq̄ non dediſſet. qui occasionez queſiuit ut p̄- deſſet. Ecōtra omnia ingrata ſunt be- neficia quantumlibet aut re aut ſpe magna. que extorquentur danti uel q̄ excidunt. nec quod uix datur. benefi- cium putes. ſed predam. Semper illud grati quod facili q̄ quod plena da- tur manu eſſe ſolet. Nam ſi exiguiuz e- quod conculit. forſitan amplius non potuit. Quod potuit uidua eu angel- lica fecit. que plus tamen omnibus dedit. Alius quis magna dedit. ſed diu dubitauit. Gemuit forſan cum dedit. non mihi ſed aliis placere ſtudiit. cum dedit. ambitioni non mi- hi contulit. et dediſſe ſeſt iactauit. Adhuc hec iſte dare non didicit. ſed rē ſimul et meritum perdidit. Effudi in ali- os beneficia. Beneficia danda ſunt non p̄icienda. ſed quod pertinenter- als effudiſcires ſi accipientiu animos poſſes incueri. quia magna pars be- neficiorum perditur. nam alii obliuiſ- cuntur. Alii iniuriis compenſant bene- ficia. et ſi ceſſauerint iniurie. forſan q̄re- le non ceſſabunt. tam mulci de benefi- cioribus conqueruntur. Fateor ini-

De Intro  
Nicolao.

J. C.  
J. C.  
De Rec  
p̄one bnf



titulus.  
Invidia.  
Superbia.  
auaritia.

De amicis

quum esse utiq; sed tamen a deo cōe-  
 ut uix tam crebre sint de hostib⁹ que  
 relesmedias enim nubes contemplare  
 multiplex causa ingratitude. om-  
 nes vici pleni sunt lamentis. Triplex  
 enim omnis ingratitude causa esse  
 videtur. Prima est inuidia. que dum  
 aliis impensa beneficia in suas ducit  
 iniurias. in se collata non aspicit. **S**e-  
 cunda uero est superbia. que se maiori-  
 bus dignam tenet. vel sibi aliquē pre-  
 ferre indignatur. Tercia cā est que nō  
 muneribus sedatur. sed accenditur. et  
 dum querendis semper inhiat. nō me-  
 minit quesita. Verum melius et breui-  
 us totius mali causam stulticiam dice-  
 re possum. sed ueri boni ignorantiaz  
 (que omnium maloz causa est) opini-  
 onumq; peruersitas. Hinc nimirū pes-  
 tes ac uicia pdeunt. superbia in pri-  
 mis ac cupiditas ipsa. quibus nulluz  
 obsequium non contumax. nulla quo-  
 q; largitas non angusta.

**A**micos bonos habeo.  
**R**em grandem faceor inuenis-  
 ti quia sine amicis omnis conuersatō  
 fediosa. omnis operatio laborosa.  
 omnis peregrinatio presentis uite est  
 molesta. Suis namq; optaret omni-  
 bus diuitiis affluere. omnium rerum  
 habundare copia sine amicis. ut nemi-  
 nem diligeret et a nemine diligeretur.  
**I**d quidem pprium tyrannorum est  
 qui nec amant nec amantur. Verum  
 non potes scire te amicos inuenisse.  
 nisi rebus aliis sis infelix. quia felix  
 se nescit amari. Sine dubio in hac re  
 sepe diuites falluntur et potentes qui  
 amicos putant qui non sunt. diuitias  
 et beneficia sufficere credentes ad ami-  
 cos faciendos. cum multi sine q̄ quo  
 plus diligere debent. oderint magis

**V**ideto ergo ne falleris et tu. sed ne  
 ue experiri cupias. Crede mihi sepe  
 eius rei cuius dulcis fuit opinio. ama-  
 rum fuit experimentum. Abyssuz nā  
 q̄ humani cordis metiri non est ho-  
 minis. nunc autem amicos uobis vi-  
 na et mense conciliant. lacrimę pbant.  
 et quod primum esse debuit. ultimum  
 est. Notos igitur dicere debuisti. id ta-  
 men quod ueraciter in dubio est. cum  
 nullum animal nullaq; merx cognitu  
 difficilius sit. q̄ homo scdm prophe-  
 tam. Drauum est cor hominis et inscru-  
 tabile et quis cognosceret illud.

**A**micos multos habeo.  
**C**onubernales dicas quasi conuiuas  
 qui tibi non deerunt. nisi epule defue-  
 rint. Semper autem amici pauci sunt.  
 sepe nulli. et quod pessimum est sepe ami-  
 ci nomen. hostis domesticus tenet. et  
 sub uelo fide beniuolentie. insidie de-  
 litescunt.

**C**redo me habere fideles.  
**C**erte sunt qui amant tantum. et ama-  
 ri putant. quo nihil stultius. is quoq;  
 communis error diuitum. qui amorez  
 precio emi credunt. qui mutuo queri-  
 tur amore. Generosissima res est ani-  
 mus bonus. non mouetur herbis. nō  
 magicis carminibus. non auro. nō gē-  
 mis. nec ullo ferro flectitur. sed aman-  
 do uincitur et colendo. Hoc Catbo-  
 nis philosophi est prouerbiū. Si  
 amari inquit uelis. te docebo. sine her-  
 bis. et incantationibus. aut sine ullo  
 carmine uenefico. Ama. breue uerbum  
 quidem sed efficax quantum ergo ip-  
 se ames. tu perpende. ex hoc metire. et  
 sequēs. Si uis amari inquit. ama. Ta-  
 lem aliis te exhibeas. quales erga te  
 tu cupis inuenire eos. Suid equius  
 esse pot. quid magis rationi cōsonuz.

q̄ Catbo.

Sed heu sepe fallimus ⁊ fallimur. taz multe taq; inscrutabiles sunt peccato- ris cauerne. tam venenosi. tam inhua- ni. tamq; inscrutabiles ⁊ p̄fundi ani- mi quorūdam. ut cultū spernēt ⁊ ode- rint. amati. Nec contenti pio affectui nullam uicem reddere. ymmo (quod nec atrocissimis beluis accidit) Exas- peratur obsequio. ⁊ si credi potest ip- so amore ad odium irritantur. quod utiq; periculosissimum ⁊ inter uite hu- ius mala grauissimum. experitur hu- mana simplicitas.

**F**ama de longinquo mihi fel- cit amicos. **N**on infil- cior multa in rebus fama facit. s; ve- rendum tibi est poete uerbum. Adinu- ic inquit presentia famam. Adulti enī obsequere absentes. qui presentes p̄- tempserunt. Tenera res est ⁊ iudiciuz humanum flectitur facillime. Sic enī forte te quis amicum dedit alicui lo- quendo vera de te. uel falsa mentien- do ⁊ idem tibi (ai) deripiet. Nam qui- bus uis res fiunt ⁊ crescunt. etiam et eisdē facilliter resoluantur. quia ⁊ na- tura rerum uult ut cito aucta etia; et cito desinant.

**F**idelem habeo amicum. **N**ullius rei tam difficilis est q̄ animi- humani coniectura atq; estimatio. si tamen amicum habes. dulcem rem ha- bes fateor. dulces quidem parentes. dulces filii. dulces fratres atq; consan- guinei. possunt tamen amarescere. et nec per hoc parentes esse desināt. fra- tres autem filii. sed semper diligit. qui amicus est. nunq; dulcis. nunq; carus esse desinit. Iste enim quia possidetur animo. nunq; abest. cum uis. quotidie uides eum. tecum studet. tecum cenat. tecum ambulat. semper presens ē ami-

cus. Deliberandum tamen esse prius q̄ recipiatur aliquis in amicum. Sel- neca docet. atq; ante amicitiam iudi- candum. post autem amicitiam eē cre- dendum. toto inquit pectore admit- te illum. ⁊ cum ipso sicut tecum loque- re. h̄i concludit. Omnia cum amico de- libera. sed de amico prius. Verum cū non sic amicitia uera. nisi quam con- glucinat deus inter coherentes sibiū uicem caritate per spiritum sanctum quem eis contulit ipse. Non modicū huius uite solacium est habere aliq̄e cum quo affectu quodam intimo san- ctissimi amoris uniri possis āplexu. habere in quo requiescat spiritus tuus. Cui se refundat animus. ad cuius gra- ta colloquia quasi ad quedam cōso- latoria carmina inter queq; diuersa; fugias. Ad cuius gratissimum finū in- ter tot scandala securus accedas. Cu- ius amātissimo pectori. ac si tibi om- nium cogitationum tuarum viscera. non sine cūctatione committas. Cuius spiritualibus osculis quasi fomentis medicinalibus. languores tumultuā- tium tuarum excludas. qui tecum col- lacrimetur in auxiliis. ⁊ collectetur in p̄- speris. tecum querat in dubiis. quem in secretarium mentis inducas. ut licz absens corpore spiritu tamen presens. tanto diutius fabuleris. q̄to securius solus cum solo sit. ubi solus cum sol- lo conferas ac interfluente spūs sane- ti dulcedine. solus cum soloq; repau- ses. Amicum talem quere. ⁊ amico ca- li fruere. ⁊ te uerum amicum inuenis. se scias. fictorum autem amicorū nūe- rus multus.

**A**micus sum principis. **Q**uanto ei melius esses igno- tus. aut forsan odiosus. Discrimen

q̄t libatio  
de amico

q̄t amī  
exp̄iana

passionū

quoque quod amplexaris fugeres. Est enim nociva magis aurbus aucupis blanda modulatio quam decurrens villici sonitus ac cogitatio. **V**ilis autem tibi nunc sit anima tua. necesse est Virtus fama. sanctum otium. quies et securitas. Notus enim est mos principum. vix aliquos diligunt. nisi illos qui neglectis omnibus illorum seuie ac auaricie se seruum fecit et libidinis. Porro cum magnatibus bene ageretur. si discernere scirent inter laudem et adulationem. sed ceca laudis ambitio plus aliis quam sibi credens. vtriusque recipit indistincte. Hinc hodie soli ad illoz gratiam admittuntur. qui palant eos blanditiis. et a res fame bibulas. calice babilonis inebriantur ampliant illos beneficiis. quos tormentis torquere debuerant atque ab adulatione suppliciiis deterrere. et cum multa habere videantur. vnum tamen eis deesse. Deesse quoque est necessarium. scilicet quibus audeat dicere vstrum. **H**ic laudat peccator in desideris anime sue et iniquus benedicitur. Verum amicitie tue finem non vidisti. **¶**

Mos principum

quibus audeat dicere vstrum

De officialibus principis

**¶** **P**rocurator sum regis. **¶** Tu es ergo hostis populi. reipublice inimicus. Denique valde multus displicebis in populo. tandem et domino. et quod periculosius est deo. **A**c deinde pro leui emolumento. grauius puincie mala et ingentia populi dampna tibi uel dissimilanda sunt. uel perpetranda. **¶** **A**ngo negocia principis. **¶** Sub duro principe rationem redditurus es. a nisi omnium spoliis et tuo odio ac discrimine vix implenda. Si enim regere laboriosum quid aliena putas et presertim principum et magnatum quibus placuisse seruicus est. displicuisse

¶

nero discrimen. supercilium graue atque paratum pro leui occasione supplicium.

**¶** **D**ispensator rerum principis suoz. **¶** **S**uo primum die officium hoc domus tue limen attigit. viuere tibi desisti. **I**nde enim libertas atque quies abire simul et iocunditas. et pro his dolor. labor occupatio afflictio metus subire ac mordaces cure. **N**eg enim viues interim. et si spires. quia uita occupatoz mors est. **S**ui quidem et si omnes miseri sint. illi tamen miserrimi que pro aliis occupantur precipue pro religibus et magnatibus. cum eoz labores semper sint in domo aliena.

**¶** **I**udex factus sum. **¶** **A**n non propria sufficit iniquitas. nisi etiam in multitudine peccatorum et alligares tibi peccata aliena. **S**criptum legis **E**cclasiastici. vii. **N**oli querere ducatum aut fieri iudex. nisi uirtute ualeas irumpere iniquitates que sequantur.

**I**nterim iudices tamen consulo. quasi mox ab alio iudicandus. **U**nus enim iudex omnium uiuoz atque mortuoz. **U**num est tribunal ubi non pecunia. ubi non fauor aut gratia. ubi nulla astucia proderit aut potentia. ubi nulli falsi testes. non indigne preces. non inanes mine. nec deserti proderunt patroni. **C**allidi enim argumentatores et iurisperiti fallaces. qui dum priuaricari uolunt ipsa iura peruertunt. et in convenientibus exemplis uelut similes proiecturas obiciunt. **S**iquidem etiam quod bono studio gerimus. dum discere negligimus. quo iudicetur sine nescimus. et sic interdum reatus criminis. quod putabatur causa uirtutis.

¶ qd solet iudice corrumpere.

**¶** **C**onsiliarius sum principis. **¶** **D**isimilis sane gloria. **R**aro erit

sic ut pro sis pariter et placeas. Consu-  
lere ut sic in verbis veritas. in sermo-  
ne suauitas. in consilio fides. silentium  
in commisso. atque nihil tui atque tuorum  
sed semper queras in omnibus gesti-  
bus domini honorem.

**P**refectus sum urbis. **I**ndo-  
mitam beluam multorum capitum. te-  
nui loro. atque immensam puppim ma-  
gnis agitatam fluctibus habes rege-  
re debili gubernaculo. At si qua do-  
mus egre regitur. quam sit facile mag-  
ne urbis regimen videto. parum ne ti-  
bi domi curarum erat. qui affectasti  
publicas. Durum opus si perpendis.  
Si minus. pena docente uel cognosces  
ac uexatio dabit intellectum. Reuera  
et si ambitiois spiritu innumeri se inge-  
rant importune. quanti tamen sit ne-  
gocii alios corrigere ex hoc patere po-  
test. quod sese corrigunt paucissimi. Ad-  
de etenim quis alium corrigit. cum idē  
de eodem argui potest.

**A**scriptus sum milicie. **C**auc  
semper inq̄ter et inglorius sis. oportet.  
aut expositus periculis multis. aut  
contempni dura sors. Suique pugna-  
tis foris miseri. quid armatis corpus-  
incus bellum est quod geritur. intus  
quod angit in anima est. Illam enim  
uicia obsident oppugnantque. quibus  
oppugnatis. pax erit et securitas. preci-  
osa mors succedet. et eterna requies.  
Armis uero uestris ac pugna. plures  
ad inopiam. ad varias seruitutes ad  
carceres mutilationesque. aut ad impro-  
uissimam mortem peruenere.

**C**larus sum victoriis. **C**  
Sepe uidimus. quod malum bono noci-  
uus fuit. et aeram tempestas serenitate  
famosior. Denique patri busto titulos.  
vulgo fabulam. nihil tibi.

**M**agna mihi domus est.

**U**na lex domorum est et ur-  
bis. Non enim statim melius. qui la-  
tus habitat. Igitur quod bene non quod  
magnifice habitas refert. quia sepe in  
regum palatiis labor habitat et do-  
lor. In pauperum tugurio pax quies  
gaudium et mentis tranquillitas.

**F**irmissima et quasi perpe-  
tua mihi habitatio est.

**P**rimo parui temporis incolatus.  
Nam instat tempus commigrandi.  
Erras enim aduena cum sis et peregri-  
nus. super terram. te fingis ciuem. Co-  
ducto quidem habitas nobiscum. ci-  
to ueniet qui te nudum laribus huius  
expellet. Suique generosum incolam  
interim de domus non delectat. sed an-  
git ut careat.

**A**duniciis arcibus inba-  
bico. **I**n edibus aliquid  
boni esse potest. In arcibus uero. ma-  
li multum. Suid enim nisi superbia  
uestra auaricia impatencia fecit. ut  
opus esset arcibus. quod to enim honesti-  
us tibi fuerit equo uiuere cum homi-  
nibus. et in plano cultis agris habita-  
re quietum. et carpentem somnos quod hy-  
spidis rupibus te ipsum inclusisse. et  
excubiis nocturnis ululantem. te mi-  
seria tua suspectum et inuidiosum. omni-  
bus reodidisse. presertim cum nihil  
quoque tutum ab humanis fraudibus.  
quot enim putas sine arce tutissimi vi-  
xisset. qui in eisdem fiducia mala pe-  
riere. Sane non sunt animi humani ir-  
ricandi ad audendum. sed frenandi po-  
tius. quia omnis securitas est stulti-  
cia magna. nisi que de deo oritur.

**P**reterea quot Romanorum et alio-  
rum uiros strenuissimos. Pompeyū  
Scipionē Marū Cathonē. Cathonē

De domo  
169

Hirrum Hannibalem Alexandrum legimus artes non habuisse quidem sed arcibus insultasse. Non enim virorum fortium receptacula fore scias. sed in hertium et ignarorum latibula. Sancti enim viri ac deuoti omnem spem in deo ponunt. qui adiutor et protector eorum est. polliciti uero in nuda uirtute fortes et bellicosi. in animo et armis timidi et ignaui in turribus et arcibus et menis.

**Q** Magna mihi familia et ordo seruorum est. **R** Dic hostium (quod durius est) a quibus te cauere nequeas. qui domus tue lateribus inspiciant. prodantque consilia. cuncta uolent. uomant et effundant. qui etiam preter continua furta quod nulli obsessio unquam accidit. Interim tibi uestiendi sunt et placandi.

**Q** Dulci sunt mihi serui. **R** Certe ergo sunt et multe tibi lites et discordie et bella domestica. quorum uel inspector fedus. uel laboriosus compositor sis. necesse est. ac per hoc inter accusatores et reos seruis tuis seruias. oportet. Iudex iam factus ex domino.

**Q** Plures seruitores habeo. **R** Pauci melius seruiunt. adice quod animal curiosissimum ad inquirendum seruus est. ad obsequendum negligentissimum. Nam quid agis et quid cogitas nosse uolet. et quid iubeas ignorare. Ut enim industriosis est pudor. sic inercibus est gloria laborem fugere. Itemque ubi multi serui. ibi multus strepitus ac pauca seruitia. et secretum nullum. Et quot sunt seruorum lingue. tot sunt peccatorum tube. et quot sunt oculi seruorum atque aures. tot etiam erunt domorum riue. quibus ea que in fun-

do sunt facile dilabuntur. Quanticumque ergo tibi sine nihil refert. Nihil est peius. quam dum malarum rerum qualicet. quantitas iuuat aut numerus.

**Q** Expertos habeo et expeditos. **R** Utique non ignoro quin multa profitentur. Suipe omnium noticiam habent. sciunt officia diuersa. Cum peruentum est ad reparationem. cum peruentum est ad recessum. Volunt nihil nisi forsitan quod uenter sopore suggererit ac libido. Porro nihil humiliter nihilque abiectius ingressu. nihil infidelius progressu. Demum nihil inimicis. nihil insidiosius egressu. Sane durus est cogitare. ne dicam pati. quomodo per dominorum domos elati ambulantes ac inflati. seruicium polliciti. dominum usurpant. exercentque tyrannidem et quasi conducti ad bastandum. non tamen uniuersa deuorant. sed spergunt et dissipant. ac gulam largitionibus iuuant. de alieno prodigi. tenacissimi de propriis. ad rapinam cupidissimi. Sed si pudor aut necessitas cogat ut seruos se meminerint. quam superbe. quam querulose seruiant. quantoque cum murmure. quis illud potest ignorare. ut iam non putes precio emptum seruicium. sed gratuitum hominibus fastidiri. Ex quibus sane nisi oculos vestros tumor obstrueret. luce clarius cernerent. quam sit facius omni seruitio caruisse. verum nulla mali fuga. nulla quoque spes salutis. Venenum namque mali huiusmodi iam transit usque ad medullas. sed suo tamen malo delectari percinat. nisi extrema dementia est.

**Q** Magna mihi potentia est. **R** Et magna tibi erit inuidia. et innumerabiles labores atque inextrica-

De familia

De pote.

biles cure. **S**ymmo si multa potes. et in te poterint multae sententiae. Adhuc quod quo maioris potentiae es. eo et in te imperium magis est fortunae. que in paruis tepidius se exercet. semper materiam eligens ubertorem. Sicut enim in matore mole lignorum. incendium atrocius seuit. sic et prosperitas magna maiori aduersitati viam solet sternere. Non enim facile videmus quemque mirum qui prius non est habitus felix. cum ignoti hominis nota non possit esse calamitas.

**I**n peribus et armis sum potes

**P**otentia vera et firma in virtute fundata est. quia si fundamentum subtraxeris. quo maior eo et periculo. siro est structura. Suid enim iuuat opibus domum adimplere. arua legonibus. maria classibus. si intus domestici hostes vicia oppugnent et expugnent. Illa domus. illa est finibus pellentis. vince itaque iram. libidinem. cupiditatem. gulam. superbiam. vince te ipsum. fame et anime tue hostem. et te potentem fateor. Sive enim potentia est alienis viribus vincere homines. et passionibus propriis vinci. Idcirco cum hominibus pacem habeamus. cum viciis bellum. Illa enim crebro mercede nos sollicitant. Vix toto seculo effici potest. ut vicia tam longa licentia tumida. subigant. et iugum accipiant. nullum demus interuallum cum eis nisi quod satis licigamus. Illa sane nos in seruitutem turpem redigunt et detinent subiectos. Illa quidem vicisse potentia summa est. ac inestimabilis triumphus.

**P**otentia mihi solida est.

**Q**uid tu turpes terrenum animal imbecille. In quo queso sita est po-

tentia tua. in quo tua stabilita est soliditas. Aut in arena. aut in fluctibus. aut in vento. aut forsan in volubili rota fortunae. quam aliqua vis naturae occultior. verbo citius extinguet. Aut alicuius exigui morsus animantis. vel forte alicui extremi contemptibilissimi homines. qui sepius etiam potentissimis. potentiam simul et vitam abstulere. Quibus ergo presidere conamini. stultissimi mortales. vasa fragilissima. Nunquid fortitudo lapidum. fortitudo uestra. aut fortitudo uestra enea. nunquid ferrea corpora uestra et lutea corpora aliorum. Finge te spectare unum murem. ius et potestatem supra ceteros mures sibi valedicantem. quanto risu mouereris.

Non posses continere cachinnos. nunquid cogitares. miser ille mus. quomodo presumit dominari pre ceteris. nunquid vnus est ex illis habens omnem speciei similitudinem. Tur non de uobis idem iudicatis. inflati enim uero uanitatis alas expanditis. quasi de beatis extendere nubes cum spectaculum facti sitis. uiris cordatis. id est sapientibus. stultam arrogantiam uestram ex alto despicientibus. ridenti bus stulticiam. cecitate quoque uestram admirantibus. qui cum serui sitis turpissimorum uictorum. uos esse hominum dominos cogitatis. exigui terrestres vermiculi uos potentes esse putatis. Verum ne te in circuitu traham potentem puto censes illum. qui satelli felatus ambit. quem multi comitantur. quem clientum turba premit. qui quos terret. plus metuit ipse. Istum inquam potentem dicis. qui ut potes sit. in seruentium manibus sicut habet. O potentem. O egregiam potentiam. quae

non in propriis viribus sed in aliorum debilitate est fundata. Preterea ut ait Boetius. Sui se volet esse potentem animos domet ille feroces; nec victa libidine colla fedis submittat habentis. Etenim licet indita tellus longae iura tremiscat, et seruiat ultima tyle, tamen atras pellere curas, miseramque fugare querelas non posse potentia non est. Denique non te dicam non transferre montes posse; non fabricam ingentem erigere; aut non bragmanos. Sed neque pulices abicere ualeas aut muscas; ne dicam morsus sollicitudinum seu formidinum aculeos; a quibus liber et securus esse cupis, sed ne quis nec te hec omnia terrent. Vera ergo Platonis sententia est, viros bonos esse potentes. Hi inquit soli id facere valent quod desiderant, nisi non semper opere sanctis tamen suppleant desiderijs atque plena voluntate. Alii vero impotentes tantum valent id quodlibet, neque tamen semper quos utique infeliciores esse necesse est, cupita tamen perfecere, quae explere si nequissent, quia si miserum est praua voluisse potuisse tamen miserius est. Exempli gratia. Requies sempiterna gloria sine fine, proposita est mortalibus uniuersis. Cuius quidem rei omnium mentibus inserta est cupiditas, quae sola virtute queritur et obtinetur. Hec uia est ad gloriam, hoc iter quo ostenditur salutare dei. Hanc enim boni querunt, illam et inueniunt. Alii virtute carent et conantur adipisci. Illas per cupiditates varias, per diuicias, delicias et honores, sed frustra quidem neque sic iter ad astra, quia praebra (inquit prelato) ad beatitudinem non perueniunt. Quanta igitur sceleratos homi-

Boet.

plato.

ex.

nes impotentia teneat, quae atque infirmitas. Ex hoc patet, quod ad id peruenire nequeunt ad quod natura ducit, ac penne compellit intentio. Neque enim leuia aut ludicra premia sunt quae petunt, nec obtinere possunt, sed circa summum rerum uerticem praua deficiunt in quonitent bonorum vires atque fulgent.

In hac ergo re potentiam optare debuisse, conandumque erit tibi ut in teipsum potens fores atque aduersus te. Immo pro te plurimi, nam scriptum est. Melior est vir sapiens qui animo suo dominatur, expugnatore urbium. Istud enim fit propriis viribus, illud alienis. Cur autem potentes optatis esse contra homines, nisi quia inter uere victi foris falso uincere uideamini, ac per hoc non ueritate, sed sola sitis opinione uictores.

**De** Dominium armis acquisit.

Sic ergo quia abstulisti libertatem aliis, securitatem tibi, requiram utrisque; deinde ferro quaesitam, ferro seruaturus, ferro forsan amissurus. Sane preclaras diuicias comparasti omnibus terrificum, ac tibi semper meum, ea lege, qua illum timere multos necesse est, quem multi timent, et quem metuit quisque, prope cupit, ait poeta.

Preterea tyrannidem induisti omnem humanitatem omnemque iusticiam te scias exuisse, ac procellosam uitam et cruentam elegisse. An non miser est quae omnes miserum esse cupiunt optantque. Immo uidetur esse miserrimus, qui tamen miser esse non possit, quin sit dignus esse miserior.

**De** Summum locum habeo inter cives. **De** Habes sane domum in arenis, in praecepto sedem, in ueprius statum, in miseris inuidiam, inopia

Boetius.

De dominio.

que

in rapinis letare modestius.

**¶** Dominum bonum subditi me esse dicunt. **¶** Bonum dominum dici blandum mendacium est. **¶** fertim si te talem dici velis, vnus namq; dominus cui dicitur. Tu solus sacrus Tu solus dominus Tu solus altissimus ihesu criste Cum sancto spiritu in gloria dei patris Amen. **¶** Hinc mundi totius imperator Augustus sub quo verus et vnicus dominus natus est cristus Ihesus dominum se noluit appellari. precipiens sibi scribi puato. At vero in hac generatione hominum. quilibet latruculi. vna villa uel duabus vi uel insidijs oppressa. non tantum dominum dici uoluit. sed uocari homines dedignantur. ymmo trahunt in iniuriam. Nunquid illum dominum dicam qui summum bonum (libertatem) ciuibus aufert suis. qui p unius explenda uoragine (que tamen inexplebilis est) tot mortes miserorum potest siccis oculis intueri. sic affabilis. sic blandiloquens. sic quoq; liberalis aut munificus in paucos de spolijs multorum. Quippe iste sunt artes tyrannorum. hec prestigia attonitis oculis ingerunt. hanc escam hamis et laqueis pretendunt. quos rude ac indoctum vulgus dominos appellat. carnifices experitur. Ego tamen hos non homines sed feroces beluas. non iudices sed tortores dicam. neq; dominos sed tyrannos.

**¶** Dominum tamen me uocant.

**¶** Non sicut nomina ita et res ad placitum esse possunt. Idcirco regem principem iudicem uel rectorem ciuitatis dicere potuisti. uel reipublice defensorem. quo usq; actuum humanorum dei nihil acceptabilius est

Sui namq; iusticia regit atq; regitur. verus rex est et rector. Sed qui altiori fastigio non publice salutis speculator. sed pprie libidinis procurator cogitans uindictam. cupiditati aut iracundie sue parens. rapidisq; moribus animi cedens. non potest esse iste dominus sed prauorum uiciorum uilis seruus. Sane nil ad rem pertinet. si ceteroz altior appareat aureo. scetro presideat. uestitus purpura superbus incedat. uel alios aspiciat uultu arroganti. aut quantumcumq; se gerat facuose. nihil sibi iuris ista conferunt. non rex est non dominus. Sed propter exercitum uel supplicium. p motus predo. eoq; loco positus. Unde leuiori flagello seuias. hos quidem probans. illos puniens. cunctos uero uel xans et exagicans. et si ignarus ipse ac sue passioni obsequens. illius tamen usu (qui mala in bonos usus uertit) iudicium dei iustum. iniustis ac celestis exequitur manibus. atq; equam iudicis sententiam. tortor seuus. **¶** Ex hoc metire quot reges sint et domini. et quot dicuntur.

**¶** Regnum magnum acquisiuit.

**¶** Regnum ingens habes si non uis regnare cum possis. Hunc quidem sicut reges subditis. Ita et regibus dominandi desideria dominantur. Quz ergo summus tunc locus bene regitur cum is qui preest sibi priusq; hominibus alius dominatur tu dominare Rege teipsum et tunc multum bene reges. hoc enim regnum. cum regno nobilius ac gloriosius esse senties. nactu difficile tamen faceor prius enim in certamenti uolutatio est. Nam cum ad rebellantes motus animi imperium rationis accesserit quisq; experti pot

Sto. & Octauia.  
Impatore

¶ De Reg.  
et Reg.



q̄ facile sit seipsum regere. ⁊ subicere  
 rationi Ex hoc metire ceteros animā  
 tes et moribus vari sunt. et voluntate  
 diuersi Ne qui nunc latum locum ha  
 bes ac conspectum ac patentem om̄iū  
 iudiciis atq; eo magis periculosum.  
 magisq; laboriosum ac difficilez vir /  
 tuti. Verum qualis fueris experien  
 tia uite docebit. Nam plus vere lau  
 dis in p̄gressu ac fine. q̄ iam in princi  
 pio rerum esse solet.

**R**ex sum tamen. **E**

Aliquid forsan rep̄tine glorie po  
 pulus tibi imp̄turus est. quietis ni  
 hil. Interim uero tuus populi  
 tui domus tue. rei q; familiaris opor  
 tebit te obliuisci. Et publicam rem so  
 lam cogitare atq; tibi morieris tuisq;  
 incipies alius uiuere. Et quod durissi  
 mu; est ingratis ⁊ iniquis extimato /  
 ribus laboris tui.

**I**uste ergo regno. **E**

Rex bonus publicus seruus est. Pro  
 inde scito te seruire querelis subdito  
 rum. ⁊ vix gratiam ante obitum tibi  
 relaturus. Raro enim tam iustus ⁊ tā  
 bonus aliquis regum fuit. ut nō op  
 taret a populo successor. Ita ⁊ alius  
 postq; aduenerit ille. ⁊ sic deinceps.  
 hui enim mores vulgi sunt. odisse p̄ /  
 sentia futura cupere atq; preterita ce  
 lebrare.

**S**ceperum regni acceptaui.

**A**ceptasti fulgidas compe /  
 des. claramq; miseriam. que si omni  
 bus mortalibus nota plenarie esset.  
 neq; tot neq; toties de vno regno plu  
 res litigarent. Sed essent utiq; plura  
 regna q̄ reges.

**A**dulta possum ⁊ erit tibi  
 tranquillitas. **E**

**P**rimo ni /  
 hil potes nisi quod regem decet. cui

minor est licentia q̄ priuatis. Sed et  
 si olim fuerit tibi ulla trāquillitas iaz  
 perit. Stultus enim naua compro  
 batur. qui relicto portu in altum ve  
 la contrahens querit tranquillitatez.  
 Est quod facias tamen. si quiete tu  
 pis uiuere. te subiectis talem exhi  
 be qualem tibi esse cupis deum. q̄ mī  
 tis est ⁊ placabilis equus ⁊ benignus.  
 Neq; statim peccata prosequitur de /  
 linquentium. q̄ to equius est hominē  
 hominibus esse p̄piciū atq; mā sue /  
 to animo imperiū exercere. precipue  
 ubi rigor non apparet esse necessarius  
 Sicut enim mundi huius status gra  
 tior oculis est ⁊ pulchrior puro ac se  
 reno die. q̄ cum crebris quatiūt om  
 nia fragoribus. Sicut de tui regni sta  
 tu iudicandum. Sit igitur accessus ad  
 te facilis. vultu sis amabilis. mēte ex  
 orabilis. sermone affabilis. ⁊ non ti  
 bi opus erit curribus aut muris aut  
 sepire magna fortalicia. S; i apto te  
 pietas saluū faciet ac clem̄tia. qz iexpu  
 gnabile munimentum amor ciuiū est  
 Suid enim pulchrius. quid gratius.  
 q̄ uiuere omnibus optantibus. ⁊ de  
 quo loquuntur. idem clam ⁊ palam  
 in aure atq; super tecta. Deniq; nō mi  
 nus turpe regi multa supplicia. ut ait  
 Seneca. q̄ medico multa funera. Hic  
 Cicero rogans pro Marcello exula  
 to apud cesarem Julium. Nulla inq;  
 de uirtutibus tuis grator atq; mira  
 bilior q̄ misericordia. Nulla namq;  
 re homo apud deum accedit propi  
 q̄ salutem dando hominibus. Nihil  
 enim tua fortuna habet maius q̄ ut  
 possis. Nihil quoq; natura tua me  
 lius. q̄ ut uelis q̄ plurimos serua  
 re.

**M**agnam exercitum habeo.

**¶** Mirarer si nō regnū exercitus hoc est miseriam miseria sequeretur. p̄inde habes ad utrumq; lat9 arma eos hostes. quos nec murus vll9 ate separet. aut vllum anceps negocium 7 graue. Deniq; habes materiam bel / li. pacisq; excidium. Si hinc gaudes non pertines ad celestem ciuitatem. Porro commendans africanū Sene ca. Non inquit quia magnos duxit exercitus sepe eripuit. imminuit semp quod interitus multorum frequenter attestatur. Sue enim tam solida esse virtus potest. que tot sceleratoz ho / minum. tot cruentatorum carnificum conuersatio exemplumq; nō deterre / at aut contremiscat.

**¶** Rector sum 7 dominus exer / citus. **¶** Tucius eēa forsan pa / stor tygridum aut vrsorum. Nam fa / cilis mansuesci possunt ferarum cor / da. q̄ quorūdam hominum. fere enī / minantur prius q̄ feriant. hominum / uero odia erumpunt improuise. Por / ro isti qui te dominum uocant leuissi / mis ex causis mutabuntur 7 hostes / fiunt. ex militibus blandi vultus in / horrorem date tibi dextre in p̄niciem / conuertentur. Sic enim criminabiles / a suis hostibus inuicti ab exercitib9 / suis pier. 7 quos milites appellarūt / inuenere carnifices. Exercitus igitur / tuus crux immitisq; belua est multoz / capicum. Nihil nō vsura. Ira inopia / aut auaricia illam irricante.

**¶** Facinus habundo. **¶** / Quid magni est habere vnde illi noce / as quos diligere debes ex precepto. / Quanto enim satius misericordie in / strumentis habundare foret ac habe / re. Vnde hospitalis esse possis. beni / gnus munificus amicus 7 egentibus.

q̄ q̄ vrbes expugnare possis 7 muni / tiones. aut rem publicam expugnare / perturbare. Deniq; hec quibus gloria / ris potius ad iniuriam alienaz. q̄ ad / p̄p̄riū tuū dec9 spectāt 7 qd ad euer / tendas vrbes. satius ad extruendas / habere oporteret atq; conseruandas / prauis cuius est ac soci9 q̄ om̄ie op9 / destruit.

**¶** Ingentia etiā saxa torquene.

**¶** Non satis erat e celo ira tonā / tis dei immortalis. homicidio. oportu / it etiam q̄ saxa atq; enee glandes in / iectis flammis horrifono tonitruo ia / cerentur. V̄ seua crudelitas adiuncta / superbie ipsos demones iam huma / na rabies imitatur. vt quod mitti so / let nubibus quodam ligneo instrumē / to cartareo e tartaribus nūc homini / bus emittitur.

**¶** Balistas habeo. **¶**

Cum cetera queq; arma sint inquieti / animi. hec 7 degeneris certa signa sūt / nec pacificis quidem grata 7 magna / nimis bellatoribus inuisa. communia / ignavis. quoq; inuictor sane aut pau / dus extitit aut p̄ditor.

**¶** Balistas multas habeo.

**¶** Thesaurus 7 metum perpēdi / afferre solet suo possessori 7 hostib9 / spem lucri simul etiam 7 audaciā bel / landi. Suis non alacer in illud belluz / eat. quo querere multum possit. nihil / amittere. Si namq; ad clarissima rez / exempla animum deflexeris ut de ec / clesie statu taceam. de quo idem est iu / dicium. Ipsos enim romanos videl / as dum pauperes erant. omniū gen / tium victores extitisse. Tunc quidez / unci incepisse. dum diuites sunt fac / ti. Ita quoq; ad aduentum diuitiaz / discessere virtutes. 7 victorie simulq;

opum comites Delicie subierunt. ac libidines. Inde enim scriptoꝝ tot que rele ⁊ de ecclesie statu tot gemitus sanctorum. Virtutum enim nutrix optima paupertas est. opulencia vicioꝝ. Non ergo gloriandum tibi de thesauro sed timendum magis. quia multos pauidos ⁊ imbelles. omnes timidos ⁊ superbos. Nullum vsq; virum fortem fecerunt diuicie. Quid etenim stulto pdest habere diuicias. cum sapiencia emere non possit.

**F**actus sum romanus imperator. **I**stud olim quiddam grā de fuit. sed quorsum res iam redierint patet intuenti. Ut detur intelligi quod sic tunc stultis ⁊ ignavis omnia committere quāta prudentia in quantum furorē quantum labor atq; diligentia. in quantum incidit corpore. ut non iam sic gaudii materia imperium romanum. sed fragilitatis humane ac variabilis fortune indicium.

**I**am ulcisci possum iniurias illatas. **N**on tibi ista uicilicet potestate sublimitas. Nam hoc non vindicte sed uenie materia est. vindicte enim eo quisq; est audior. quo uilioris ⁊ infirmioris est animi ⁊ uirium. In qua rennuisse iuuat illud factum principis Adriani hic cum factus esset imperator. presentato sibi quodam capitali inimico. graue ex hoc supplicium metuenti ait euasisti. Ignoscens sibi remisit offensam. Euasisti inquit uerbum sane generosum ac uere cesareum. Siue ergo rex sis seu imperator nihil minus tuum quam uindicta nihil magis quam clementia. Alioquin non rex es aut imperator. sed ut in fabulis legitur Leo coronatus.

**E**um utiq; imperator.

**C**larissimum quidem nomen sed durissimum officium. cum magna seruire difficile sit. Quid putas esse collapsa erigere. spersa colligere. recuperare deperdita ⁊ difformia reformare. Sane culturam deserti ruris a multis neglectam suscepisti. Multis enim egent arua dura. ligombus multis. arētia pratarium ⁊ fluentis. Ceterum a multis annis citra antecessores tui solo nomine contenti. labores tibi relinquere. Auellantur ergo spine. succidantur tribuli oportet. Depres extirpentur. pelle ocia. quia nullus erit tibi tepus feracum.

**I**am tibi erit saltem tranquillitas. **F**alsa te habet opinio. nunc minus rogo tamen ne in excelsum montem ut uentos ac fulgura euaderes ascendisti. Tibi si credas pabis te pati frigus. Nam etsi est uentus ⁊ algendum tibi esse scias.

**S**ummum imperium teneo totius mundi monarchiam. **S**olus uelim teneas ex hoc ⁊ maiora disces concupiscere. neq; aliquando ambitio conquiescit. Alexandro magno narratum fuisse legitur innumerabiles mundos Democritum posuisse. quod audito ingemiscens ait. Heu me miserum inquit. neq; ego unum possidere ualeo neq; conditioni mee subiugare queo. huic de secretoribus suis quiddam ait uere inquit. Alexander si diu naturam tui corporis cupiditati animi tui parem esse uoluissent. non te totus caperet orbis. quippe altera manu orientem contingeres. altera occidentem. Ignoras altas diu crescere arbores. ⁊ sepe una breui hora extirpari. Sculcus est qui earum fructus expectat. nec meritis altitudinem. uideat

ergo ne cacumen appetendo. ramos  
 prehendens decidas. moderatio te ex  
 tolle. minimarum etiam auium. leo p  
 da sepe fuit. Denique si deus es morta  
 libus beneficia dare debuisti. non sua  
 diripere. Si homo quid id quod es  
 te esse cogita. Stultum est enim eorum  
 meminisse propter que tui obliuiscel  
 ris. Ita et vos stulti homines et insen  
 sati. humane conditionis obliti. tamquam  
 immortales omnia concupiscitis. ac  
 uento glorie volatiles inflati tumetis  
 uanitate et aspectu oculorum gaudia  
 et sublimia penetratis. despiciatis ceteros  
 atque aliud quiddam quam estis vos  
 esse putatis. donec exitus vester tan  
 dem doceat quid fueritis. Expar  
 giscimini mortales uel aliquando clau  
 sos oculos aperite. nec semper falsis sic  
 caligat fulgoribus vestra metiamini  
 corpuscula vestra terrena estimare. cir  
 cumspicite angustias quibus estis circū  
 cepti quam caduci sitis. quam fragiles quam ex  
 itus incerti. et quam breues etiam quam tunc  
 quam fortes sitis. Assidue cum morte luc  
 tamini. citoque vincendi et forsan impro  
 uise. Cum ascendere putatis descendi  
 tis. Rucis cum stare uideamini. paupe  
 res estis et miseri cum putatis esse fel  
 ces. Sane nullum animal ut homo uir  
 rum suarum magis obliuiscatur. quam  
 prope semimortui regna sompniatis et im  
 peria. Totam enim terram hanc inhabi  
 tabilem respectu celi. vix punctum  
 esse probat Ischoloemus. cuius tamen  
 puncti centesimam partem. neque possi  
 dere ualeatis quam superbe in colendo pre  
 mitus alios mox premendi. non accē  
 ditis. quam nec ex toto uniuerso plura pos  
 sessuri sitis. quam frigentibus ac pallidif  
 uestris membris occupare ualebitis.  
 Exa nuncite insani. tumidi et elati. et

quod angustat natura ipsi animo lax  
 ace. immensa metiamini. terrena sola  
 cogitate. amate temporalia. eterna de  
 ridete. et in hoc momento rapidissimi /  
 mi temporis ridiculas insolentias  
 vestras implete. Hic iniurias ac rapi  
 nas. hinc spes anxias et vindictas hinc  
 honores uagos et cupidines inexplē  
 biles. hinc demum furores vestros.  
 Hinc regna principatus et imperia. hinc  
 classes et acies. hinc bella molimini.  
 Nec cum multum hic insaniueritis siue  
 impatores sitis. siue aratores. siue re  
 ges siue mendici. quid corpus uestrum  
 nisi putris terra. uita uestra nisi leuis  
 fumus est. qui mox aliquo tenui fla  
 tu pulsus esse desinet. Et sic tandem li  
 cet sero cognoscetis uitam hanc. exili  
 um non patriam exitisse. totumque  
 regni uestri et imperii falsum et inane  
 nomen.

**¶** Vlasci possum. hostis est in  
 manibus. **¶** Experimentum  
 tibi oblatum est an ire mancipium. uel  
 clementie sis amicus quod utrumque nisi  
 posses incertum esset. Stulti enim se  
 putant esse quod non sunt discunt ex  
 perti. Omnium enim rerum magistra  
 certissima ipsa experientia est. uerum  
 quid non possis nec quod libet. sed  
 quod licet et quod decet estimandum  
 est. ne forsan si tantum uelis quantum  
 potes. nil posse melius tibi fuerit.

**¶** Nihil mihi dulcius quam vlci  
 sci. **¶** Ipsa ira et inuidia uin  
 dicte comitibus nihil amarum est. quam  
 si dulces dixeris. dulcedo illa effera  
 est. uero indigna. propria beluarum ne  
 que tamen omnium sed premordacium  
 ac ferocium. Reuera nihil humanum  
 minus quam seuitia et feritas. Nihil eon  
 tra magis humanum quam misericordia

et lenitas. Nihilque tam contrarium quam  
 vindicta seu ultio cum genus vindi-  
 ctæ nobilissimum sit ignoscere ut ait Se-  
 neca. Quanto igitur satius est obliuisci  
 iniuriam quam vlcisci cum nulla salubrior sit  
 obliuio nulla honestior quam offensa. Hic  
 enim summus orator summo principi  
 summe laudi tribuit. quod nihil so-  
 lebat obliuisci nisi iniurie. Nihil quod  
 prohibet vnius persone laudem. Illi  
 vero ereptam ad plurimos perue-  
 nire. Id enim inter alia proprium ha-  
 bet animi bona. quæ sperfa non decres-  
 cant neque deperant. Igitur cum vlcis-  
 onis delectatio momentanea sit mi-  
 sericordia vero perpetua. nunc hodie  
 facito. quo delecteris semper. quia fir-  
 mior maiorque nulla delectatio est. quam  
 de puritate conscientie ac bene gesta-  
 rum rerum recordatione oritur. ut sa-  
 pientibus placet.

**H**onestum est vlcisci. **A**dul-  
 to honestius misereri. Adul-  
 tos quidem clementia. honesta vlcio  
 nullus. Nihil enim inter mortales ma-  
 gis necessarium. nihil quoque tam com-  
 mune quam venia. cum sit nemo super ter-  
 ram qui non peccet. nemo cui non opus  
 misericordia sit. qua negata quis tam  
 multos criminum extricabit nodos aut  
 diffucum. disruptumque. humane socie-  
 tatis fedus refarciet. Semp inter sese  
 homines. semperque in illos ira dei de-  
 scendit neque vllus licet aut penarum erit  
 finis. nunquam arma cessabunt. Si quoti-  
 ens peccat homines sua fulmina mit-  
 tat. Jupiter exiguo tempore in armis  
 erit. Neque poeta fulmina denique nec  
 honestas vlla contraria esse potest pa-  
 ti tanto bono. possunt quidem inter  
 se altericare vicia. Inter virtutes summa  
 semper concordia est.

**N**on iniurior nam licet vlcisci  
 a. **Q**uid refert an primus  
 pecces an vltimus. nec equum videtur  
 neque salutare. ut quod tu in alio im-  
 probas illud probes in teipso. vis me  
 dampnatam iam in hoste seuciam se-  
 qui ipse tu. Nunquid ei fieri cupis si-  
 milis. aut omnino dissimilis es. et illud  
 quod ille habet in se pessimum tuum  
 facere. sed neque ut ais licet vlcisci le-  
 gis quidem. mea est vlcio et ego retribu-  
 am. dicit dominus. defensio tamen si  
 moderata sit esse licita potest. vlcio  
 semper uerita. Sui se vindicare vult  
 a domino sentiet vindictam. verbum  
 prophete est. expectandum donec vin-  
 dicet ille quem dominus offensus. et of-  
 fendentis. Da inquit ire spacium. da  
 consilio tempus. differt quidem. cunc-  
 ta mala ministrat impetui. aut cito ira  
 desinet senties. aut lentescet. breuis et  
 enim hora fedat iratus. Synonymo  
 si peccatus vlcisci uelles. preuidendum  
 tibi foret. ne te potius quam hostem tuum  
 lederes. cui forsan corpus. aut opes  
 tibi uero animum corporis. aut famam  
 maxima bona. offendesque vno actu  
 multos. Ut enim sepe experimur una  
 iniuria innumerabiles facit hostes.  
 Quanto satius est amicum querere.  
 quam occidere hostem. utrumque enim nulla  
 arte melius faceres. quam cum vlcisci possis  
 parcere. aptissimum namque ad collendum  
 hostes instrumentum lenitas est. Ecce  
 rum mors quam paras hosti forsan  
 sine vlllo crimine tuo ei preparata est.  
 Quid uuat fatum. fatum properat. et  
 impellere. et morituri sanguine. mori-  
 turas. manus inficere. non tantum scel-  
 lestum sed et superuacuum est. impie-  
 tate tua. propinquum et festinans tem-  
 pus arcescere. quod etsi ualde uelis

nlla possis potestate repellere uel dif-  
ferre. Quanto satius ergo q̄ roq̄ trāgl  
lius ac salubrius ille integer ac illesus  
tu siccus ⁊ innocēs. q̄ crucēq̄ uterq̄ ⁊  
tu noxius migres hinc.

**T** Vicionis angor stimulus.

**E** Obsta piis cogitationibus ⁊  
exemplis que te in partem meliorem  
inclinare possunt. Et in primis vite  
breuitas iuxta illud. Admemento no-  
uissimorum tuorum. ⁊ desine imita-  
ri. Nihil enim magis inimicitias alie  
q̄ conditionis obliuio. Oppone tibi  
insuper illos. qui suis hostibus etiaz  
fauentes fuere. ⁊ ex aduerso illos qui  
cessis mēbratim hostibus ultro spirā-  
tes rabiem. in non sensura cadauera  
seuiere. deinde tecum elige quibz simi-  
lis malis haberi. Insuper non cācum  
actus sed ⁊ uerba confer. quia nō cre-  
dulitatis pars in uerbis est. Crudelis  
nāq̄ pes crudelis manus. sed lingua  
crudelissima. Sepe enim seuitiam ani-  
mi quā non equauerat manus. lingua  
transcendit. illa optima crudelitatis  
⁊ clementie testis est. Propone ergo  
tibi duorum uoces. Adriani principis  
scz superius memorati. ac Tyberii. p-  
mus nāq̄ presentato sibi emulo qui  
etiam capitale contra eum commise-  
rat crimen ait euasisti. Secundy uero  
audiens emulū quēdam suū sibi inie-  
cisse manus ait. Carmiliy me euasit.  
Sane uox ferox. ⁊ si dici potest auc-  
tore suo ferocior. Quid putas uisita-  
ti supplicii mente circūuoluit. En duo  
stac⁹ uir⁹. Ambo enī imperatores Ro-  
mani sed diuersi animi. q̄ uariū uno  
⁊ eodem uerbo uisū sunt. primus etiā  
pñā ait. Euasisti. Alius uero absenti  
ait. Euasit me carmilus. Sic emz no-  
men habebat iste. Ille hosti uita⁹ do-

nauit. Iste etiam mortem inuidit. Eli-  
ge nunc illud. aut tranquillū uerbum  
Adriani. uere principis. aut illud uer-  
bum immane carnificis. puto satiz nē  
fallor iudicabis ignoscere q̄ ulesci.  
Adultos enim vindicasse penituit. ne  
mini peccasse. quia sepe multum tēpo-  
ris ⁊ periculi ulesio sibi assumit. ⁊ dū  
una sequitur q̄ plurimis se obicit in /  
iuris. Occurrit iam memorie rex ille  
macedo. Iphippus. Hunc enim quid-  
miles sup grauter offenderat. I gno-  
uit tamen ignoscenci. quod quid egre  
tulerunt alii milites dicentes per hoc  
occasionem dari alius ad rebellādum  
ei. Subus rex. Si inquit in corpore  
uestro membrum aliquod infirmū eēt  
An abscedi uelletis illud uel curari.  
Curari inquit. nos ergo inqt cum  
sumus reipublice caput. uos at cor-  
pus cuius iste unum membrum est.  
potius enim sanandum arbitramur.  
q̄ per sententiam mortis abscedendū  
Sed quid de Theodosio nostro di-  
cam qui cum summus imperator esset  
ac dominus omnium. grande benefi-  
cium putabat se accipere cum ignosce-  
re rogaretur tunc erat. ppior uenie cū  
commotio maior esset iracundie. In  
eo nāq̄ optatur quod in aliis timet  
scz irasci. hoc remedium erat reoz qui  
cum super omnes haberet potestates  
tāq̄ parens rogari malebat. ut homo  
q̄ punire ut iudex. Iudex utiq̄. pius  
iudex equitatis non pene arbiter qui  
nulli ueniam negauit. ut scribitur cul-  
pam confitenti.

**T** Cathedram pastorez adep-  
tus sum. **E** De tempestate ad  
portum fugi solet. tu de portu ad tē-  
pestatem pergis. mirus nauca es. Sa-  
ne non parue fiducia est. opē pollicent

decertantibus. consilia dubiosis. lu-  
men cecis salutem egris. requiez fessis  
spem deiectis. prestare refrigerium af-  
fluctis. mestis consolationem. Iterq;  
monstrare errantibus. Numeros sup-  
ponere cadentibus. pstratis dare dex-  
teram. magna hec si fiant. parua si p-  
mittantur. Ponderande ergo tibi vi-  
res sunt. aut computandi sumptus. pri-  
mum si tam uigil sis ad curam. q̄ ala-  
cer ad cathedram. Si non tam pdes-  
se. q̄ preesse desideras. si non lanā s;  
oues. non datum sed fructum queras  
te felicem dicam. horum enim numer-  
us paruus est. Sane si raritas rerum  
precium imponit. nihil in ecclesia ho-  
die preciosius bono pastore. quia ni-  
hil rarius. Rara quidem hec auis in  
terra ad instar fencis. Si minus qui-  
dem altior potius q̄ melior esse que-  
ris. non premium sed supplicium esse  
expecta. Pertinendumq; tibi. ne qui-  
sic primas cathedras appetisti. cōtin-  
gat carere secundis. duz cathedra hec  
que nunc honoris est et leticie fiat ti-  
bi cathedra pestilencie quando tibi  
atq; multis aliis occasio fuerit ru-  
ne.

**¶** Ascendi ad prelaturam.

**¶** Nonnullis obprobrium ru-  
ne. supplicium multis omnibus vero  
labor est ascendere. Difficiles nāq; et  
lubrici. ascensuum humanorum gra-  
dus sunt. tremulus vertex ibi anxie o-  
sistitur et horrendum semper precipi-  
tium cum inde repentinus sepe fit de-  
scensus. Sed quo ascēdisti tramite vi-  
deto. an ambitionis. an cupiditatis  
utrobicq; ad laborem duceris aut mi-  
seriaz. Idcirco fortes tibi humeri aut  
fortis sit ambitio oportet. eo animū  
cogens. ubi sibi futurum malum pre-

riterit. Berge enim quo uolueris  
uel te miserum scias. uel ex libero ser-  
uum.

**¶** Ascendi tamen.

**¶** Forsan descendisti. Omnis enim emi-  
nencis uite huius status ruina est uel  
precipitium. deiecisti inquit eos duz  
alleuarentur. Nunquid qui extollūt  
se humiliantur. dum paruis crescūt re-  
bus. maximis defraudantur qui ex-  
terius rebus multiplicantur. interius  
bonis carent ac priuantur. qui uani-  
tate pleni. fastu turgidi foris dilata-  
tur. Inuis ueritate uacui repleti uiciis  
omni uirtute denodantur. Sic q̄ sese  
fallentium innumerabilis turba est.  
Deniq; solet apud indignos mores cū  
potest te crescere supercilium atq; tu-  
mor mentis. Hinc grandi uisu se mag-  
nificant uidentes omne sublime. uisi  
sunt oculis insipientium splendere.  
cuz apud ueros rei iudices sibus sine  
et sibula. ac prudēti animo facti in de-  
risum et quo maiores sunt in suis ocu-  
lis eo minores sunt in corde aliorum  
Hinc et uerus sapiens stultum uidens  
positum in potestate sublimi statim  
maldixit pulchritudini eius. Vidit  
David eum exaltatum sicut cedros li-  
bani et mox quesuit nec est inuētes lo-  
cus eius. Sic enim stultoꝝ et prauoꝝ  
status casus est. et dū ascendisse putat  
iacent. et quo se altius efferunt. eo ual-  
lious deiciuntur. Jam non ad culmi-  
na rerum iniustos creuisse queror. tol-  
luntur in altum ut lapsu grauiore ru-  
ant (uermum poete est) Cauenduz er-  
go tibi talis forsā finis imminet tibi  
nisi uela contrabas. unde Diuidius  
Sepe mali florent ut plus sua crimi-  
na plorent.

**¶** Episcopale dignitatē a peccis

sum. **E** Nobilior sane contemp-  
 tionis huius erat q̄ adeptio eius  
 Acquisisse enim fortune ē fortitudinis  
 cōtempisse. Ep̄alem tamen dignitatē  
 venerabilem quis ignorat. ac officiū  
 gloriosum si tamen tanta sollicitudine  
 impleretur. quanta ambitione petitur  
 atq; possidetur. utiq; diligerentur ut  
 patres. ut domini. ut sancti colerent.  
 Deniq; si exactionib; p̄cerent. si ex ani-  
 mo proicerent quicquid p̄uenit. ex ca-  
 lumpnia si non sic omnem questū pu-  
 tarent pietatē. si utiq; pauperes sine-  
 rent in labore manū in sudore vulcu-  
 um in tremore genuum panem suum  
 manducare. Nunc quidē eorum fame  
 replent̄ platorum horrea eorum. sicut re-  
 dūdant corcularia eorum. nuditate p̄-  
 tice fulgent manice turgent. habundā-  
 ciam p̄mptuaria ac inopia eorum cumula-  
 tur. eraria deaurantur. calcaria omnia  
 duplicantur. foret forsā intollerabi-  
 lior iniuria. Si cactus caseum comme-  
 deret. arceret saltem mures. Nunc au-  
 tem residuum eruce comedit. locusta  
 Residuum locuste comedit. brucus.  
 Residuum bruci rubigo cōsumit. Nulla au-  
 tem fera tot insidias habet. Nulla autē  
 tot laqueos. nullus quoq; piscis tot  
 hamos. quot habet hodie pauperū  
 vita venatores. Suid tales pontifi-  
 ces et prelati (ne pilati dixerit) nisi mal-  
 lei bonorum sunt. ac flagella subdi-  
 torum. pro ones sine pudore. ac fu-  
 res sine timore. timent enim isti. illi tu-  
 ment. Metuunt quid laqueos legis  
 fures. Isti vero quicquid agant legē  
 vocant. Suid enim iniquius esse po-  
 test. q̄ iusticie verbis dampnare iusti-  
 ciam. Innocentie armis occidere inno-  
 centiam ipsam. At legem lege perime-  
 re. Alios cogere ad legem. et legem ip-

sam primi deserere. quippe cōtra chri-  
 stos domini. Sane non est qui istud  
 nesciat. non est qui succurrat. non ē q̄  
 uel mutire audeat. Sed iudicabit so-  
 lus ille qui sedet super Cherubim et in-  
 tuetur abyssos. cuius iudicia occulta  
 et ideo magis timenda. defendz quo-  
 q; causam pauperum suorum. dū sta-  
 bunt in magna constantia. aduersus  
 eos qui se angustiauerunt et abstulere  
 labores eorum. Quis q̄ grauis cōtra eos  
 tunc populi querela audietur. quorū  
 vixere stipendiis. nec diluere peccata  
 Contra illos dico qui nunc incedunt  
 purpurati. qui tanto fastu ingrediun-  
 tur domum domini p̄op̄atice impin-  
 guati. dilatati. honorati de bonis do-  
 mini. cui tamen ipsi neq; honorez de-  
 ferunt neq; impendunt amorem. Sed  
 absq; villo timore. aut remorsu de la-  
 queis peccatorum lasciuunt. et bibūt  
 sudorem alienoz. qui in sanguine pau-  
 perum affluunt delicis. de lanceato  
 christi pectore saginantur. de sacris  
 fluentis sanguinis et aque superbiunt  
 Incrassantur de laboribus miserorū  
 sudant agricolae. putant vinctores et  
 fodunt. Ceteri victum acquirunt. et  
 cibum cum labore. Isti vero delicati  
 fructum terre comedunt absq; pre-  
 cio. vorant lac mel et similia. viuunt  
 tritico. sanguinez vix bibunt meracis-  
 simum. madent delicis. copūs afflu-  
 unt ociosi. Quis patres quo pergite. odi-  
 um. uestrum periculum attendite. duz  
 licet timete precipitium. Suid vane  
 leticie. qd̄ false delicie. cecos vestros  
 oculos sic oblectant. quib; tam gra-  
 ue mercamini iudicium tā strictos vos  
 ipsos obligatis rationi. vbi de singu-  
 lis exigemini ad minimum quadran-  
 tem. Nonne sciēt inqt̄ psal. Omnes



qui operantur iniquitatem. qui deo-  
rant plebem meam sicut escam panis  
Nā nūc ergo oculos quos culpa clau-  
dit aperite cum tempus ē lugere. Ben-  
sate qualia minatur deus ī scripturis  
quas quotidie legitis illis in futuro  
seculo q in presenti se non corrigunt  
Redite preuaricatores ad cor. redi-  
te adhuc enim dies est. In asperatōis  
ad asperiora tenditis sed ne asperi-  
ma incurratis subsistite. Ne illa q nūc  
in deliciis comeditis. cito in tormē-  
tis euomatis. Vnde Criso. Adior in-  
quit si quem saluari contigerit istorū  
prelatoꝝ. in tantis minis. ac in tanta  
pigricia. Hinc enim legimus q̄ wilhel-  
mus peronen. prior clareuallis electi-  
oni sue in ep̄m tornacen. consentire rē-  
nuens. post breue tempus defunctus  
apparuit cuidam graui viro ac sibi se-  
cretissimo monacho domus illius.  
A quo quid requisitus an sibi aliquid  
obstiterit q̄ non adhibuerat assensuz  
electioni. ait nullomodo. domny de-  
us inquit mibi dixit. Si fuisset de nu-  
mero prelatorum fuisset forsan de  
numero dāpnatorum. A diciteq̄ vnū  
quod facis nos terrere dēt. Hodie in-  
quit ad talem statum deuenit ecclesia  
q̄ nisi per malos regi digna est. vnde  
sermo noster liberior paululum dep̄-  
mendus est. discas igitur ut te nesci-  
as. te nescientez cognoscas. ex hoc co-  
gnoscas ut timeas. timeas ob id vt  
humilieris. humilieris equidem vt in-  
te nō presumas. enimvero non in te p̄-  
sumas. ut cōditoris tui auxiliuz non  
aufugas. quoniam obiurgatōis ver-  
banon pderunt obstinatis. modestif-  
nero dulcis exhortatio suffecerit. Ne-  
q̄ enim de omnibus prelatis loqui /  
mur. sed de multis. vitam seu mores

dampnamus non personam. Tu vel-  
ro qui pontificium non suppliciu co-  
gitas. sic assensum appetis. q̄ non ti-  
mes precipitium. videto ista ne prius  
q̄ credas sentias. hoc vnuz tene. hoc  
morde. quia salubrius tibi fuerat hu-  
miliari cum humilibus. q̄ sic paupe-  
rum spolia precia peccatorum egen-  
tia patrimonia diriperet. diuidere cū  
superbis.

**¶** Summus pontifex sum.

**¶** Verum enim est dictum illud  
matematis quod docuit in eculo.  
D inquit altitudo. attonita habet sū-  
ma uir magne prudentie. nisi eum feli-  
citas eneruasset. Nullis enim honori-  
bus lenitur sed accenditur ambitō. an-  
ignoras q̄ quo mare altis. et quo plu-  
res venti. eo sit et periculosior tempes-  
tas. Porro aderunt et qui te colant  
seruiant. adorant. honorentq̄. Erunt  
ex aduerso qui p̄pris omissis. in te  
oculos figant. et te nocent lacerent. et  
iudicent. Erunt etiam qui tuos mo-  
res arguant. verba detorqueant. del-  
trabant fame. tuam uitam carpant.  
et q̄ iuste nouit ille qui nihil ignorat  
Quicquid tamen mali vsq̄quaq̄ erit  
quasi de fonte vmco te p̄disse dicent  
discordiarum populi. scelerum omni-  
um vnus ipse tu eris cā. Quomodo  
inquent ecclesie corpus sanuz esse po-  
terit cum egrum caput sit et languidū  
Est ne igitur tibi queso tanti vel au-  
reum poculum. aut purpureum cubi-  
le aut geminus vertex. vt getis et fa-  
me precio queri velint.

**¶** Sum romanus pontifex.

**¶** Quanto locus altior tāto ca-  
sus grauior esse solet. vix ex alto des-  
cenditur absq̄ periculo uel labore.  
Cauē ne te cum psal. cātare contingat

Eleuās allisisti me. dies mei sicut vmbra  
 pretereunt. Igitur modestus cura  
 descendere. Ex omnium nāq; mortali  
 fastigio. nemo descendendum eē du  
 bicat. Sed hoc interest q; bonorū est  
 descensus. precipitium reliquorum.  
 In dignitate positus ita preesse non  
 debeas. vt de potestate domini gau  
 deas. sed vt onus non honor tibi de  
 lectat. Nam qui ita presunt vt gaude  
 ant de potestate domini non ponti  
 fices. sed luciferiani sunt. hū magis p  
 esse appetunt q; pdesse. non enim ani  
 marum fructum. sed temporale lucrū  
 non celestem gloriam sed terrenū ho  
 norem queritant. Illi vero attestante  
 euangelio. Receperunt mercedem su  
 am.

**T**eneo sedem romani pontifi  
 cis. **N**on diu quid. breuis  
 enim vita hominū. breuior tamē prin  
 cipum. pontificum breuissima. prop  
 ter pondus vastantium curarum. Sz  
 metas pontificis romani tempore an  
 gustat. eo q; ad hoc culmē nisi admo  
 dum fessa peruenit. Sed versa ⁊ reuer  
 sa vt libet rem tantum hodie experi  
 tam. in ea quicquid inuenitur aut du  
 rum senties esse aut inane. vt non in  
 merito quid pontifices romani victi  
 rerum tedio. non aliud supplicium q;  
 felicitatem suis hostibus optaue  
 re.

**A**plicem summe dignitatis ad  
 eptus sum. **S**olebāt primi ex  
 hoc statu peti ad martirium. hodie se  
 uocari ad delicias putant. hinc certa  
 tum locus iste vt terminus appetitur.  
 ⁊ quod turpius est blandicis ac mē  
 dacus bono viro indignis artibus.  
 sed adeo cōibus vt iam hec fere vni  
 ca sit in altum via In tantum iam re

frigit caritas. Vanitas imperat ex  
 creuit feda mater ambitō ōnia agere  
 iubens omnia pati. hec est enim que  
 stultos ponit in sublimi ac sapientes  
 sedere facit deorsum. hec speculatores  
 cecos statuit. ⁊ precones mutos. impe  
 ritis imperia. pitis pericula. statera  
 dolosa ac dolorosa distribuens. hec  
 suppedicat virtutes. pcutit leges. subi  
 cit mores. hec vicia cuncta inronisat  
 Hec demum nūq; contenta magnis.  
 sed maiora semper appetit tam solli  
 cita. ne quem ante se. q; ne post se ali  
 os videat. que cum prima semper es  
 se cupit. se dolet esse secundaz. Quod  
 iam demonstrant hec duo monstrant  
 presenti. Sum papa inquit iste nō tu  
 sed ego ait ille. Isti sunt qui turbant  
 hodie mundum. haur dubiuz. nisi tu  
 mor oculos obstrueret luce claris cer  
 nerent. quod sit indecens ⁊ ceca lis is  
 ta. huius honoris onerisq; contentio  
 persimilia quidem nauicis certantibus  
 in mari. quis eorum potissimum na  
 uim gubernare debeat. V q; altioris  
 ⁊ felicioris forsan animi erat et hinc  
 ille. qui oblata sibi ueste iperiali dix  
 it. V pannum inquit nobilem. potius  
 q; felicem. Si quis attenderit. quātis  
 sollicitudinibus ⁊ sudoribus. quātis  
 periculis ⁊ laboribus referta. nec in  
 luto iacentem tollet. Verum viri iste  
 dominandi ardore tantum estuāt cā  
 tog uolatis glorie trabuntur appet  
 itu. q; etiam tediosa delectant. leuigā  
 tur graua. amara queq; dulcescunt.  
 Sicut enim nihil graue animo aman  
 ti. ita ⁊ ambizioso nihil est difficile.  
 nec sperandū q; vexatio illa dare pos  
 sit intellectum. Guippe sub sentibus de  
 licias computant. insuper cor induc  
 runt pbaraonicum. qd nlla opūctōe

scinditur. miseratione nulla mollicur  
 nullius mouetur precibus. nullis con-  
 filiis acquiescet. Non timet deus. neq;  
 homines reueretur. Nulla enim huma-  
 na sapientia uel quantacūq; amonitō  
 nis industria. quibus uel marmorea  
 pectora emolliri possent apud eos p̄  
 ualere. Obstruunt aures. obdurāt cor  
 auertunt scapulam reuertentem. Si q̄  
 eorum de unione uerbum ab aliquo  
 audierit irascitur. uiricetur. indignatur  
 bene cum illo agitur. si illesus euadat  
 Si liceat paucis cū dentibus inde re-  
 uerti. Sic quoq; error it in longū. sic  
 animum p̄tinatia ligat. ut qui tenet te-  
 neat donec de medio fiat. dic ergo do-  
 mine ut lapides isti panes fiant. So-  
 lus enim facere potes de istis lapidi-  
 bus filios Abrabe. leua manus tuas  
 in superbia eorum que ascendit sem-  
 per. hos truncos in uiles. hec ydola  
 duo dissipet. ⁊ euellas. ac mitte no-  
 bis saluatorem ne dampnabile fas-  
 ma istud altius radicatum. iam pene  
 lustris sex firmatum. cuius discidio gre-  
 corum. usq; in finem perducatur. Vi-  
 deat forsan os in celum ponere. s; est  
 audax dolor ⁊ indignatio loquax.  
 Estu doloris etenim rapior. ac animi  
 feruore incalesco. Ingerit enim se bal-  
 bundans materia lacrimarum. Nihil  
 habeo quod prestare possūm patri.  
 nisi gemitum ⁊ querelas miserum reli-  
 ctum sit. Suis nāq; tanto predictis in-  
 genio aut eloquio tanto decoratis. q̄  
 erumpnas exprimere sufficiat. Angus-  
 tias ⁊ calamitates quas sustinet eccle-  
 sia ⁊ sustinuit. Ecclesia dico sanctorū  
 ad quorum viscera illud p̄inet apo-  
 stoli. Suis infirmatur ⁊ ego nō infir-  
 mor. Suis scandalisatur ⁊ ego non  
 vror. Non ecclesia purpuratorum.

Ecclesia sublimium ambulantium in  
 magnis. Non inquit ecclesia malignā  
 tum. aut synagoga Sathane. quorū  
 ex adipe iniquitas procedit. p̄ quos  
 quotidie noui modi obuiandi vniōi  
 oriuntur. Noue astucie. nouaq; moli-  
 mina. quo diutius ecclesie sic turbate  
 possint spoliis inraffari. Optimum  
 inquit factū est factū in aqua tur-  
 pida piscari. verum etsi nephāda mē-  
 ta perpetrantur. multaq; dedecora. q̄  
 licet atrocia ac sompnia videāt ad o-  
 q̄ quasi nihil ulterius addi posse pu-  
 tetur. peiora tamen imminēt. ⁊ quo-  
 tidie res p̄cedit in deterius. Suis eī  
 dies. quis annus priore non deterior  
 que lux sequens precedenti aliqd̄ ma-  
 licie nō adglomerat. Omnia in die ma-  
 la capiunt incrementū. Hinc sacrosanc-  
 tam religionem christianam irrident  
 canes egyptii. inde gaudentes se occa-  
 sionem inuenisse aptissimam. in eam  
 irruendi. Alii quoq; quotidie pernici-  
 osas hereses seminant latenter. ⁊ ut  
 cancri latius serpunt ⁊ inficiunt pluri-  
 mos in silencio. nec ullus ē q̄ vindicet  
 aut iudicet. cū ab vno plectēd̄ ad al-  
 terum de facili confugiet. ⁊ sic grassa-  
 tur. passim iniquitas liberius. nec ē q̄  
 obsistit. Reuera p̄pediem est ut p̄pe-  
 ramus. ac supremis opprimamur flu-  
 ctibus malorum. ⁊ nisi humane perfi-  
 die dīna occurrerit pietas. criste nau-  
 fragium ecclesia oportet paciatur. V-  
 tri sanguinum ⁊ dolosi quousq; in-  
 sanitis quousq; ambitis. Quousq; in-  
 q̄ p̄pter ambitionem uestram fieri tā-  
 ta mala dissimilatis. Quomodo tot  
 cedes hominum. pericula tot anima-  
 rum. sicis potestis oculis intueri. ne-  
 q; tot possunt lacrimis ⁊ gemitibus  
 tot suspiriis sanctorum ad amāna

corda v̄ra emolliri Sane si p̄ lucrādis  
 animabus uel minimam guttam san-  
 guinis uestri fudissetis sicut totum ef-  
 fudit suum christus Ihesus. non ita  
 dissipare ac lacerare possētis pusilluz  
 eius gregem. Si uel minimum mēbrū  
 effētis eius cuius uterq; presumit et /  
 se caput. aut in vobis esset miseratio  
 ulla pietatis uel caritatis minima sim-  
 tilla. uel memoria ulla proprie salu-  
 tis. in tam ardua causa. pro tam salu-  
 berrimo bono. diu dixisset cedo. Si  
 enim cuilibet certo et uero iuri suo re-  
 nunciare licet. multo magis presump-  
 to animaduerso tamen. q̄ cuilibet co-  
 rum de securo et excellenti ac honori /  
 fico statu fieret in ecclesia prouisio.  
 Reuera tam uirtuosi operis. taz sub-  
 limis meriti. apud deum respectusq;  
 pprii honoris ac nominis gloria. in-  
 ducere deberētis eos ad cedendū quo  
 perbeni laude succedentibus seculis  
 ex hoc tam insigni facto omnū scri-  
 ptis omnium ore celebrare deberent  
 plus facto. q̄ si uterq; eorum. centuz  
 aut ducens annitis etiam uirtuose. et  
 pacate presidisset. Sed heu surdis ca-  
 numus. azinus ad liram. omnis mate-  
 ria unionis res ōnino desperata. Jā  
 non curant reges terre ac principes.  
 solas delicias querunt. Pontifices ac  
 prelati diuicias atq; voluptates. po-  
 puli quidem aut serui flent. aut liberi  
 insanunt. ymmo pene duos papas  
 debere esse putant. Omnes que sua sūt  
 querunt. nullus que christi sunt. Id-  
 circo gemens deducit oculus meuz la-  
 crimam. nec prius cordis fletus desi-  
 net q̄ dolor. Auget etenim presentem  
 banc miseriam preterita felicitas. sed  
 et copiam ministrat. plenior est mesti-  
 tie ac meroris. Quid enim splendidi

us ac nobilius. Quid enim gloriosius  
 ecclesia. ante hoc execrandum scisma.  
 gubernata sanctitate et industria pre-  
 clarissimorum pontificum. per quos  
 orbis terre domitus est. instructa uita  
 culta uirtus. uicia concultata. Quan-  
 do enim tanta pax unq; ac tranquil-  
 litas quando uirtuti tantus honor.  
 tanta premia bonis. tanta malis sup-  
 plicia quando rebus tam bene cōsul-  
 tum. Nunc uero pro libertate seruitus  
 pro specie deformitas. dedecus p̄ ho-  
 nore. pro eminenti gloria uilis abiectio  
 taq; despectio. Ita regimur. Ea enī  
 prelati nostri gregis ac sponse chris-  
 ti cura est. Sic concupiscunt aliena.  
 ut se et sua perdant. Quantum uero  
 priuatus amor. honorq; commūi ob-  
 sit. loqui plura superuacuum. me taci-  
 to. res clamant ipse. O hyrsuti ac ie-  
 iuni senes. quibus laborastis. quibus  
 seuisit agrum dominicum. sata qb; /  
 irrigastis. uidete canes. uidete malos  
 operarios. uidete inq; conscisionem.  
 Canes inq; impudicos nescientes sa-  
 turitatem. ue ue gregi. cui tales sunt  
 pastores pascentes semetipfos. oues  
 dissipantes tantum limum querentes  
 et lanam. ac pauperum nūmos minu-  
 antes. Ue inq; sponse talibus derelicta  
 te paranimphis. quibus sane nulla fe-  
 des est. nulla misericordia. et nulla pi-  
 etas. Sed in quibus tumor. luor. lux-  
 us. et auaricia regnant cum suis artib;  
 Sane si cui uacet utriusq; curtam in-  
 tueri. Ibi erit uidere onustos auro et  
 purpura nitentes. incedentes splendi-  
 de. superbos mente cordis sui. ex alto  
 altos aspicientes vultu arrogāti Ibi  
 est uidere pro paruis nauiculis. luxu-  
 riosa palacia et menibus clausos mō-  
 tes Idq; de paupm spoliis et crucifixi

patrimonio p̄sarum aut parthoz re  
ges. Quos adorari oportet quo  
modo hylari sine munere nephas sic.  
Denique videbis quomodo omnia ibi  
veritate et veritate sine vacua. p̄eaq̄  
crimibus. plena fallacis et blandi  
cuis. videas ibi populum duricordē  
impium. superbū. famelicū scien  
tem. h̄yātem rostro. acutis dentibus  
unguis. p̄curuis. lubricis pedibus  
pectora saxea. mente arūdicea. voce  
melliflua. et amaro pulmone predul  
cia verba. sicco quoq̄ ore cadentia.  
ac summis labiis vix expressa. Psal.  
Adolliti sunt sermones eius sup oleū  
et ipsi sunt iacula. videas quoq̄ ibi  
risus subdolos. corda flebilis. super  
cilia serena. molles manus. actus as  
perrimos. angelicas uoces. demonia  
cas intentōes. Inter omnes tamē mi  
serias. quarum non est numerus. Illud  
ibidem insigne ludibrium est. q̄ cunc  
ta ibi sunt plena laqueis. vncis atq̄  
iustis. Ibi enim adoratur numm̄. de  
us ibi spernitur. Ibi si Judas suos ar  
genteos precium sanguinis attulerit.  
admittetur. pauper christus a limine  
arcebitur. quia vicia ibi imperāt. uir  
tutes exulantur. ibi simplicitas amen  
tie. malicia sapientie nomē habet. Ibi  
calcantur leges. Symonia regnat. de  
ridentur boni. mali honorātur. Sicut  
quid enim impietatis et morum pesti  
morum sparsum habet orbis terre. to  
tum ibi cumulatū videas. aceruatū  
q̄ reperies. Postremo. quicquid h̄y  
toricorum labor. quicquid tragedia  
rum gemitus. in nostrā p̄tulit notici  
am. minus fuit q̄ quod oculis hodie  
videmus. Quod apud alios imma  
nissimum scelus erat. apud illos pec  
catum. veniale est. Nunc mirare duci

bus istis. et p̄piciū populo suo fie  
ri christum posse et rempublicā prof  
perari. Exurge nunc cordium cogni  
tor christe. Apud te enim certa veri  
tas est rerum. apud nos anceps opi  
nio. respice in faciem testamenti tui.  
zelare honorem. ac decorem domus  
tue. et locum habitationis glorie tue.  
domum enim tuam decet sanctitudo  
non inuasio. neq̄ in eam irruat immū  
dus quisq̄ aut incircūscisus. Confrin  
ge cornua peccatorum. aufer de do  
mo tua ydolum moloch. neq̄ ut pro  
misisti inhabitet in medio domus tue  
qui facit superbiā. quousq̄ siles quo  
usq̄ dissimilas. omnium in te speran  
tium salus. Quod diu auertis oculos tu  
os obliuisceris inopie et tribulatiōis  
nostre. Aditte itaq̄ nobis auxilium  
de sancto. quia uana salus hominis.  
Tu autem ad adiuuandum nos festi  
na. vel tot mundi mala. uel mūdū ip  
sum finis precamur.

**F**elix ego sum.

Opinione forsan tua. que si falsa est.  
nil felicitati addidit. sed miserie mul  
tum. Si quidem p̄prium nō nosse mi  
seriam summa miseria est. Sane non  
ille summus qui omnibus visus est eē fe  
lix dicere potuit cesar. Augustus. cui  
monarchia altissima fuit. diuurna  
pax. longum vite spacium finis sua  
uissimus. morumq̄ perpetua. ut ita  
dixerim tranquillitas. quis hunc non  
felicissimum diceret. Sed sane nemo ē  
qui sic cum sua fortuna cōcordat. q̄  
insit singulis aliquid quod inexpectus  
ignorat. expertum molester. et excruci  
et. Sic et hic. Obstabat enim extrinse  
cis fulgoribus interioris ac domesti  
ce uite status. sobolis defectus adop  
tiorum et nepotū imatura mors ac

contumacia quorūdam. Vix enī vlla tam alta aut tam abdita virtus. ut inuidie iaculis non tangatur. Sed et vilissimorum quorūdam insidie et sulorum in se crebre conspirationes. Denique dulcissime ac vnice filie sue. atque nepotis crebriora adulteria. neque suus successor sed alius non sibi placuus necessitati magis quam iudicio electus. indignus imperio. Idem et de Julio cesare. et Alexandro macedone censendum. quorum et fortuna prospera uisa est. vita tamen semper inquieta ac turbida. ac per hoc nunquam felix. uersuetam et mors utriusque rapida. Primus enim ferro interit. veneno secundus. Id quidem post victorias multas et triumphos. Si igitur istorum nemo felix. Alium da felicem cum quo felix sis. uel sis sine consorte. felix esto solus ipse tu.

**Felix sum animo.** Felicitas ista bona quidem. sed non est plena. quam tamen ad ueram felicitatem uiam esse non negauerim. Adior etenim quomodo gentium philosophi. non solum hic felicitatem somniant. sed et permittant alius. Vari sane in multis acutissimi. in hac parte tamen sunt cecissimi. Neque enim in rebus. neque in animo felix esse quis poterit in his miseriis. tunc solum esse felix potest cum ex hac miseriarum ualle migrauerit. Velim enim tibi sit omnium bonorum mundi cumulus ad felicitatem. Is tamen indeficiens ac stabilis sit oportet utique. Non autem quam multa hominum desunt hoc uite statum agenti. per se sentit unusquisque sed et hec que assunt quam incerta quam labilia sint agnoscit. Porro qui ab eis animo felices appellantur. quos tamen fe-

licitati proximos esse non nego. quot perpetuis temptationum pressis patiuntur infestam uitam. probare non oportet. quot quot periculis et laboribus grauibus. expositi doloribus. sepe securi. Namque siue sciāt siue nesciant. eoque tamen miseri habendi sunt nulla enim cum errore nulla sine securitate felicitas esse potest.

**Felix tamen sum.** Felix est uiator. Adirus ergo cursor es qui in scrupiorum difficili calle sis felix. inter mille pericula raptatus. iugiter et ignorans finem. quo adepto te felicem nescio. an dicturus sis te felicem an miserum. Interim pendendo te clamare. potius potes esse miserum.

**Estimo me felicem.** Hoc est quod dixi. uel errore tuo uel miseria. Si namque miseria felicem quez faceret paucissimi essent non felices. ergo falsa tua felicitas sed et ipsa breuis. Siippe errore nulli diu gaudere contingit. Sol ad uirtus solida est et stabili. Error pertenuis quiddam. et inane est. quod inter amplectentium manibus quasi fumus euanescat. Veniet autem ueritas que umbras abigat. gaudia falsa pertrahat in apertum. que huiusmodi felicitati precium atque premium somnusque finem imponat. Interim quere ab his. qui sibi uel alius felices uisi sunt. quod uel nunc in statu sint de sua illa breui felicitate quid sentiant tacebunt forsitan ipsi. sed loquetur ueritas. habitos felices miserimos extulisse.

**Spero multa.** Spem nullus a me tollit. Sane si multa spes multa metuas oportet. quia spes metus sequitur neque sine metu sola spes bitat.

Et si diffidere putentur coniuncta sunt  
 Et si dissimilia videantur pariter ta-  
 men incedunt. utriusque precedentis ani-  
 mi signum est. et expectatione solliciti  
 Sic et metus terret et spes que defert  
 affligit. Ne per hoc nemo tantum pre-  
 sentibus miser est. Neque ergo ut ais  
 quis spem a te auferre potest. nec ne-  
 cesse quidem. quia sese sensui eripit ac  
 quod frequenter consumitur delusa even-  
 tibus inopinis aut infaustis.

**T** Spero meliora letioraque.

**C** Sed incerta quorum studio  
 certa negligere certa dementia est. qui  
 enim quod non habet sperat. sepe quod  
 habet obliuiscitur. Sed quid si diffi-  
 cilia sint que speras aut impossibilia  
 quid si mala aut pessima. et tibi bona  
 fingis. Sane et multa timentur que spe-  
 rare da sunt. Sic sperant multa que time-  
 da sunt. In utraque parte penuria est  
 iudicii.

**T** Dulce mihi est prosperare.

**C** Ingens argumentum leuitatis  
 est. sic obuias spes amplecti. et illico  
 huius ut certis bonis pasci utique si ti-  
 bi dulce sit sperare. et optato carere er-  
 go et pendere affici et torqueri. Spes  
 enim longi supplicii est precipue cum  
 differtur. animam affligit secundum pro-  
 phe- tam. verum tamen bona sperando et  
 habendo male. vita tranat mortalium  
 Sed neque veram tibi spem eripiam tan-  
 tum ammonedo non esse bonam quaz  
 habes. Neque enim spes illa bona est.  
 que bona sperat. sed que bene. Primum  
 etiam scelestissimi possunt ymmo so-  
 lent. secundum vero tantum boni. ve-  
 ra enim spes est que de vero bono co-  
 cepta est. Hanc spem qui habet strin-  
 gat. neque abire vel in ultimis sinat.  
 Hanc quidem spem. fides recta prece-

dit. caritas succedit saluberrime foro-  
 res. Hec spes leta dulcis verax est et fe-  
 lix. que nec sperantem fallit. nec ofun-  
 dit. sed perducit ad optatum. ac ani-  
 mi incipi sperati boni. anticipatione  
 letificat. et cura vos verum bonum ma-  
 le meriti speratis. seu malis boni seu  
 falsis veri nomen imponitis. Jure er-  
 go expectatio uestra antequam venerit  
 mesta est. mestior cum venerit.

**T** Hereditatem senis expecto.

**C** Hecis forsan quid speret ille  
 Quod si ille tuam speret. falli oportet  
 alterutrum. Nemo quidem tam senex  
 quin possit adhuc unum vivere annum  
 nemo tam iuuenis quin possit hodie  
 mori. Est enim vulgaris insania ut ho-  
 mines non tamen coeuis suis. sed et mi-  
 noribus diutius se victuros sperent.  
 Inuita de propria morte cogitant stul-  
 tissimi mortales libenter de aliena.  
 Scias tamen velim quia vix aut ra-  
 ro expectatio et tranquillitas cobra-  
 bitant. vix etiam ullum uite tedium ex-  
 pectatione molestius. adeo ut cadere se  
 mel satius foret. quam semper sic pende-  
 re.

**T** Spe leta promissum senis ex-  
 pecto. **C** Sicut de sene aut de  
 alius speras. ita et de te mesto. alii spe-  
 rabunt leti. sed nisi promiserit quidam se-  
 nex. nolle potest mutari. Nihil  
 enim indignatus senibus diuitibus  
 quando nihil nisi sua diligi et se sper-  
 ni senserunt. utinam nisi honesta pro-  
 mitterent mortales et semper seruarerit  
 Hunc autem nec promittendi modus  
 nec frangendi promissa vilis pudor.  
 Igitur de re incerta letare moderatim  
 Audimus inter omnia offensa multa in-  
 teruenire.

**T** Rumor letus a multis insonuit.

**¶** Scriptum est qui cito credit leuis est corde. Noli nimis fame credere quippe mendax est. nec a quibus multis fertur refert. quia multi mentuntur ut decipiant. multi sunt decepti. Adice quod mos vulgaris notus est. miscere falsa veris. quia paucis veris mendacia multa concluduntur. Omnia mentienti nihil creditur. nec ei plus fides aliqua adhibetur.

**¶** Primus auctor uerax est.

**¶** Nemo quantum audierit aut viderit contentus est referre. nihil acutum est nisi quis per se auditis aliquid adiecerit aut uisus. Quod quidem cum multi fecerint auctum mendaciorum aceruum videas. Sic quoque per manus traditum mendacium. etiam per manum crescit. Omne enim malum mobilitate sui uiget et vires acquirit eundo. Non ergo mouere rumoribus expecta saltem donec certus factus fueris. Virilem animum non decet agitari rumusculis. etiam veris falsis non moueri turpissimum credas. Sane multos se inaniter gauisos fuisse puduit primo utriusque merore auxit falsi gauisii memoria.

**¶** Spero nouum principem.

Adonitum te esse uelut. ut quotiens aduentantem audieris credas te contrarium ad preambulatum fulminis audisse. nec sperare incipias. sed potius timere. Quippe de talibus timere tutius quam sperare est. Id quidem si in alteram labi partem oporteat. quia timere aduersa. et si contrarium sit virtuti consentaneum est nature. Sperare uero in mala. et nature oppositum est simpliciter et virtuti.

**¶** Spero iam in proximo affuturum. Cum presentem videris mei memine

ris. experieris non post tempus longum te infaustum reipublice syderis aspexisse. Interroga parietes tuos. auosque idem dicent. Id quoque filiis tuis et nepotibus annuncia. Dic mihi quomodo quando unquam aduentum leonis ferre minute sperauere. aut auicule affuturam aquilam liceat uerum loqui. Sane stultissimum et mali sui auicidissimum animal. ipse homo est. Quippe in ceteris animalibus esca opus est hamo. homo autem solis fame sibus capitur. Scias preterea. quia secum uenient commotio rerum. mutationes urbium. noxie nouitates. pestes. bellorum discordie. hec enim uniuersa uel singula cum modernis principibus crebris solent euenire.

**¶** Spero uictoriam belli.

**¶** Cum ubique fallax spes uestra sit in bello tamen falsissima. ubi fere nihil agitur ex premeditato. In opinione omnia sunt. unde exercitatus illi Julius cesar rex militarium ait. Nunquam minus quam bello respondet euentus. Melior inquit certa pax quam sperata uictoria. Nec timide dixit quidem illud hominum audacissimus.

**¶** Victor ero.

**¶** Est et qui contrarium sperat. unum uestrum falli necesse est. aut utrumque potest enim uterque mutuis uulneribus occumbere. Sed quid si uictus fueris. spes uincendi multos egit in exitum. Sine spe enim nemo in aciem tendit. Illud uerbum nemo futuri temporis est. Omnis autem spes est de futuro et futura sunt ambigua. sed et cum anceps sit. sic etiam ac tristis ac sanguinolenta sepe uictoria est. Sane non habetur gratis quod queritur uite discrimine. Care emittitur cuius precium



sanguis est. Sed quid de uictorie sceleribus dicam. Nam non sunt tot uicti miserie quot sunt peccata uictoruz. Igitur an vincas. uel vincaris qd melius tibi sit in dubio est.

**¶** **D**ici.

Cauere ne te vincat superbia. ira. crudelitas furor rabies. Hec enim sunt uictorie comites. et uictoris inuisibiles hostes et horreda. a quibus plurimi uictores turpiter uicti sunt.

**¶** **D**ici utiq.

Nondum ad calculum te fortuna uolcat. longa quid et perplexa rationum series manet creditrix uolentia et peritina. cum qua tibi nunc multum negotii restat. mutuum reposcere solita est cum fenore.

**¶** **S**pero mortem inimici.

Tibi hoc promissum foret si tu ipse immortalis esses. nunc autem stultum est sperare mortem alteris quam prius tibi contingere potest. que cum appropinquauerit tibi. mox alius gaudere debet. Scias. reuera nimis precipites sunt affectus uestri. quicquid uultis ualde uultis. ymmo nimium uultis. multa quoque optatis. que si in consilium rationis admissa esset utique timeretis. Suipe uotorum hec uarietas male electionis argumentum est. nec prius ad rectum impetus uenit seu redit quam inconsulti affectus uestri effectibus infaustis castigantur. Preterea nunquam gaudendum esse scias de morte inimici pii et honesti. et si non propter hominem quia inimicus est. sed propter uirtutem ipsam que indies habet rariora hospitalia.

**¶** **S**pero pacem.

Seruare pacem melius foret quam sperare. Scultorum enim est res certas fasti

dire. ambiguas amplecti. sed uos pueri contumaces atque discoli. non sapientis sine uerbera et uirga. In pace bellum. in bello pacem queritis. Nec unquam nisi in bello afflictum pacem noscere uel amare incipitis. eam quoque ut deperditam nunc defletis. si mox reditam pari leuitate contemnitis. donec iterum et iterum amissa prodeat bona uestra non spernere. mala quoque uestra non concupiscere. denique non ineptire non furere quod quid ante quam ualeatis esse qui pudeat sepe uobis idem audiendum. quod audisse satis est. Sepissime etiam uidendum et experiendum est. dicam. ut discatis seipsum pessime uapulandum est.

**¶** **P**ax acquisita est.

Amissa est cautio. atque disciplina militaris. fida urbium tutela. quesita est lenta segnicies. et periculosa securitas. Cum enim in multis pax melior bello sit. In hoc bellum tamen melius quocautius et experientius. Nunquam humana uirtus a romanis abisset si cartaginense bellum mansisset. Pax punice urbis romane excidium fuit. Urbibus quoque aliis documentum sempiternum. Non semper imperiis ac populis pacem optimam esse credas. Idcirco uir optimus Nasica. testante Augustino. male sibi creditum monstrabit et uelociter locutum docti omnes facebuntur. Sepe enim ut liber docet experientie. boni mores in pace pelluntur. In excidium uoluptates impant uirtutes opprimuntur.

**¶** **F**irma pax est.

Et licentia ac libido comites pacis aduenere. non pauca utique discrimina nec minora quam belli. Illa enim corporibus hec animo pestem ferunt

Aulcis enim lorica felicior q̄ toga  
fuit. campus securior q̄ thalamus. tu  
ba q̄ tibi. sol q̄ umbra extitere. Sūt  
etiam quibus nil tutius bello sit. test  
te Julio cesare de suis militibus. pax  
autem sine viciis veniens celeste mu  
nus dixerim. optimum quoq; bonuz  
esse fateor. sed rarius id contingit.

**¶** Inducias feci cum hoste. **¶**  
Dedisti ei spacium ad colligenduz vi  
res. vt te fortius feriret. Ignauum id  
tps esse scias. Suipe nec pace letum  
nec bellis exercitatur. sed dubiis vtz  
q; pulsus fluctibus vbi 7 tumor pa  
ci obstat. 7 tumor bello. Nescio sane  
an grauius sic pendere sit. q̄ ruere.  
Optare enim tps respirandi fatigati  
animi est. Miseri autem 7 insani. nec  
pacem pati posse nec bellum.

**¶** Iudat in spe viuere. **¶**  
Dic melius in spe mori. nam 7 futura  
cogitantibus presentia dilabuntur.  
7 qui longinqua p̄spiciunt q̄ sub ocu  
lis sunt non vident. Sic 7 qui cras vi  
uere destinant. hodie non viuunt. nō/  
quum enim est cuius speratur incium  
Sic quoq; miseri inuite spem depo  
ni nunq̄ illam relicturi. nisi illa vos  
relinqueret. illaz cupide suspicitis. oc  
curritis in obuiam. oblici veteris fal  
lacie. nouis armatum dolis. iterum ac  
q; iterum inclusi cordis arce reponitis  
Sane inter humanarum rerum procel  
las spes affixa atq; tenax multos tra  
xit in exicium. qua absca 7 abiecta  
incolumes euasissent. Sepe enim sub  
trabenda est anchora fidei uel si here  
at euellenda. siue id quidem liceat  
sub rerum fluctibus relinquenda est.

**¶** Spero tamen meliora.

**¶** Omnia tempora eq; bona eq;  
bonus creator temporum. Sed vos

mali bonis temporibus male utimi /  
ni ac per hoc culpam uestram reb; as  
scribitis. Idreterea fac ut homines bo  
ni sint 7 erunt tpa bona. nulli erunt di  
es mali.

**¶** Spero tempora letiora.

**¶** Temporum leticia aut tristi  
cia non in temporibus. sed in uobis ē  
Si ad etatem tuam respicis que in dē  
em tristior describitur a poeta. 7 in  
plensq; senibus experimur. Et si in ter  
ga oculos deflexeris. Si numerare  
atq; extimare annos tuos ceperis. si  
mul incipies desperare id ipsum qd  
nunc speras. Neq; aliam causam scio  
nisi quia homines peiores sunt 7 erūt  
quod plures etiam magni uiri diui  
narunt. 7 apertis indicis res declarat  
vos mortales vane spei magnum ali  
quid cōcipitis. maiora melioraq; uo  
bis promittitis sepiissime decepti. In  
spe cōtra spem creditis. dupliciter fal  
limini. Aut enim non eueniunt spera  
ta. aut cum euenierint minime secū af  
ferunt id quod uobis p̄miserunt. Ab  
bac quidez opinione longe fateor ab  
sum ego. Suipe nihil boni mēs pre  
sagit. Sic in vicium 7 ruinā ōnia ten  
dunt pedetentim.

**¶** Spero prosperiora tamen.

**¶** Speras quod est dubium. ve  
niant tamen uelut Nunquid hic abis  
7 recedis. Quanto igitur satius nunc  
presentibus rite vti q̄ anxius expec  
tare que forsan non uenient uel min  
me sis visurus. verum vna uia est quā  
si teras non sic letiora tempora expec  
tabis s; habebis. fac ipse tibi animū  
letiozem. quod sine virtute fieri neq;  
quod si feceris leta erunt omnia. tris  
te nihil.

**¶** Tempora hec stare nequeunt.

hinc spero letiora. **T** Tempus nullum stare potest. omnia pretereunt. cumque transferunt non redeunt. Sed virtute et industria bonarum artiumque studiis frenari possunt. non qui fugiant quidem sed ne pereant. Nihil enim iocundius quam bene impensum temporis memoria. Sed vos nulla re uti scitis ut oportet. ubi omnem uitam uestram uel in somnum et desidiam. aut in sollicitudines atque in pessimos usus effuditis. Tempus accusatis innoxium. Infantiam ac puericiam in uarios ludos. Adolescentiam ac iuuentutem in uanitatem atque libidinem. superbiaque ac auariciam. Senectam uero atque senium in querelas ac lamenta consumitis. Eueniam queso culpa temporum. Fluunt illa fateor. Natura hec eorum est. vos autem illa que uobis dant occupare negligitis. Non est natura ista sed culpa. Hunc enim accusatis res non noua. nec idcirco minus turpis.

**T** Spero ditari. **T** Dulce tibi sperare est atque falli. Sane nunc aliquem inopem ad diuitias. sed a diuitiis ad inopiam quamplurimos cognouimus redactos. Quippe in reliquis prudentes uirum ac insania laborare tamen uidimus. dum studeant fieri opulentiores fedo quam cui inbyantes bene parata prodigere. Aliud nihil cogitantes quam folles forcipes et carbones.

**T** Alii promittunt mihi. **T** Parum est ne tibi a uirtutibus aberrasse. nisi errore damnum. dano labor. et labori pudor accresceret. Verumptamen fraus ista igne sepe purgata est. In diuersis regionibus et etiam morte. Nihilominus tamen turpe

delusus deceptoris tui supplicio. non indemnior sed nocior remanebis. Dignito monstraberis. auarus et stolidus flendo exhaustus aspersusque fuligine.

**T** Diuitias magnas promittunt. **T** Stulta promissio. nequamque stulta credulitas. Id uero mendicium genus hominum primum inopiam suam pellant. Ipsi uero cum se pauperes esse fateantur ditari alios uolunt quasi eis aliena quam propria molestior sit paupertas.

**T** Artem didici spero ditari. **T** Immo si diues fuisti esse desines. hec sane nulla est ars nisi mentiri. atque fallere artem uoces. Nudi tamen lucrum tuum. plena erit hospitibus domus tua. Ibi esores et potatores quos excecabit ignis et cupiditas erunt et sufflatores deceptores derisores. habebit omnis angulus pelues et lebetes atque phialas olentium aquarum. peregrinas herbas. et externos sales habebit et sulphurea et distillatoria ac caminos. atque ex omnibus istis cordis stulticiam habebis ipse tu. et inuiles curas obscenitatem et squalorem oculorumque caliginem. Eris quoque sibilis et fabula hominibus te ubique ridebunt stulti greges cachinnantium. iam diuitias tuas computa.

**T** Spero promissa aruspicum. **T** Inuenisti aliud genus hominum. cui si credas pendere oportet. atque semper speras quia neque res uicque aderunt promissis. neque etiam credas spera quia nunc deerunt promissores. Sic quoque hinc res profugas captans hinc et promissis impulsis anxius speras iocundis more rotaberis.

**T** Spem bonam mihi contulerunt

**¶** Hō ē magis dare spē credulo-  
q̄ metum inferre timido. In neutraz  
partem se deflectunt animi constan-  
tes stultus ut luna mutatur

**¶** Mathematici magna promit-  
tunt. **¶** Nihil p̄mptius q̄ pro-  
missis affluere hiis precipue qui pu-  
dore carent. At vero illi quos menti  
ri pudet ad p̄missa tardi sunt. spon-  
sores alios q̄re sue aliquod gen⁹ p̄-  
missigraphū verum. incertū est. quia  
nudo verbo male creditur.

**¶** Promittunt utiq̄

**¶** Bene quidem. quere aliū q̄ p̄-  
missa impleat. Satis est dedisse tibi  
spem. non p̄t vnus dare omnia

**¶** Aruspicum promissis exper-  
rectus suz. **¶** Consopieris quid  
cum promissorum tibi nil aduenerit.  
verū tā mēdax nemo fuit quī q̄z ve-  
ruz diceret. Si quid igit̄ veri dixerint  
isti sorte non arte v̄m esse scias. Sive  
falsa vero non artis ip̄ericia. que nul-  
la est. sed sortis mēdacio porro non  
tātuz sancti doctores. sed et etiā phi-  
losophi gētiuz hanc vanitatem respu-  
unt. atq̄ omnes docti. Cui adberent  
solum qui inde viuūt. vel qui ab eis  
seducti. in eoz tendiculas lapsi sunt  
quorum damnis sibi lucruz atq̄ artē  
faciunt. In qua illud summū ac pre-  
cipuum est. fraudem tegere. et sic abi-  
guum dare responsum ancepsq̄. ut  
quicquid euenerit immunes esse velint  
a mēdacio. Ita ut ars illa que nulla  
est. neq̄ ingenū qd̄ sine litteris rerūq̄  
noticia nuduz est. Sed eoz calliditas  
et audacia. impudēcia. stulta. pariter  
et mirabilis sit. ut sic icertū an fraus  
eorum turptor. an ridiculosior v̄ra  
demencia sit. verum ⁊ argutie eorum  
atq̄ ratōcuncule quib⁹ stulticiā eoz

defendere conantur. ab illustrib⁹ uiris  
ita confutate sunt. non solum super-  
uacua. sed temeraria quidē eorum ri-  
peticio videatur.

**¶** Persuasa est mihi magna p̄-  
speritas. **¶** Persuadere promp-  
tum est volentib⁹. quibusdam persua-  
sor non est necessari⁹. Quippe sibi ipsi  
vates sunt. **¶** Stulta mēs humana ter-  
renis rebus ebria q̄ mutabūda es. q̄  
facili pulsu ruis in erroris foueā. Sa-  
ne non admiror illos q̄ suo more de  
artificō suo pascuntur. Sed vos stu-  
pro qui ventri animas ⁊ ingenia sub-  
mittitis. Expecto queso equanimus  
ac tranquillus poti⁹. non quid astra  
sed quid astrorum dominus ac crea-  
tor sanxerit. gubernatorq̄. Ngas etiā  
in diem feruentius aliquid. quo eius  
amore dignor fias ⁊ eris ab his fal-  
lacis remotior.

**¶** Spero famam post mortem.

**¶** Se magnam famam multi se-  
curam credunt cum infamiam mere-  
antur. uelut uiaiores erronei. dum es-  
timant accedere retrocedūt. Suid ve-  
to pasci delectant. fama mortuis nū-  
q̄ profuit. sepe nocuit uiuis. Si vi-  
uis cur inquis non post mortem sum-  
habiturus famam. hoc quidem sepi⁹  
contingit. ut qui clari ⁊ famosi in vi-  
ta post mortem incogniti sunt ⁊ obscu-  
ri. Quotidianum est admirari de fine  
Affabilitas nāq̄ comptus sermo blā-  
dum supercilium. clara quoq̄ frons  
benigna salutatio beneficia in uicinos  
protectio in clientes. in externos hos-  
pitalitas ⁊ urbanitas in cunctos. hec  
⁊ his similia famam querunt in uiuē-  
tibus. sed post mortem abeunt. nō du-  
rant. nisi in his dūtaxat qui sup̄sunt  
Sed q̄ breue illud sit conspicuis nō

autem in solido fundata sunt. natura  
 le enim est ut debiliter radicata atq;  
 aucta leuiter citius dilabuntur ut au  
 tem fama durabilis sit. prestabit uel  
 uite sciras. uel gestorum claritas. aut  
 insignium scriptoruz elegancia Decus  
 illud perrarum aut debile quidem est  
 q; isti qui loquaces ⁊ urbani habentur  
 qui nunc incedunt radiantibus quo  
 q; splendidi. qui gēmati populo di /  
 gitis monstrātur. Quipe non nisi q̄  
 cum loqui poterunt. aut paulo diu /  
 tius cognoscuntur. Nos quoq; appa  
 ratus. has pompas. hanc scientie nu  
 bem. hec coniectura uerborum. tam ce /  
 leriter in tenuem fumum euanesce. et  
 mirum fateor ⁊ durum. Sed tamē sic  
 est. q; neq; ipsi testimonium de se pre  
 buerunt aliquod pbitatis. Ambicio /  
 ni enim aut lucro dediti. luxurie aut  
 somno. neq; aliq̄ q; habere prebeat  
 idcirco meruerunt.

**¶** Valde multa spero. **¶**  
 In spe multa est uanitas. multoq; fal  
 lendi aditus fortune.

**¶** Spero enim longam uitam.

**¶** Speras diuturnum carcerem  
 ubi multa feras oportet. uideasq; ml  
 ta que noles.

**¶** Spero licentiam peccādi. **¶**  
 O miserum cui peccare licebat inquit  
 Cicerō. speras ergo infelix. gaudi /  
 um et penitentiam longeuam.

**¶** Spero habiturum me corpus  
 preualidum ⁊ agile. **¶** Spas  
 mancipium rebelle atq; otumax.

**¶** Spero potentiam magnam.

**¶** Inuidiosam miseriam speras  
 inopiam opulentam. atq; pauidam  
 superbiam.

**¶** Regnum spero ⁊ imperium.

**¶** Precipitium cupis ⁊ procel /

las sub stellante dyademate. Spas cor  
 anxium. fuscum supercilium atq; uitā  
 infelicem.

**¶** Coniugium spero atq; filios

**¶** Litigium speras atq; curas o  
 tinuas. die noctuq; vacillantes.

**¶** Spero laudationem funeris

**¶** Et phylomenaz optas surdo  
 ⁊ ceco luminaria diuersa prestas. Nel  
 liodory natales hominū plāgēs. gau  
 debat in funere.

**¶** Spero auream pyramidem.

**¶** Et pictam domum ceco ⁊ va  
 ria tincinabulo surdo.

**¶** Spero famā glorie post mor  
 tem.

**¶** Speras leues auras  
 post naufragium. postq; saturitatez  
 diuersa fercula.

**¶** Spero relinquere magnuz no  
 men apud posteros. **¶** Testi /  
 monium speras ab ignotis. ⁊ p; fruc  
 tus flores.

**¶** Spero pacem.

In hac re quid sperare magis q̄ ha  
 bere est. quia pacem quā speras. mox  
 ut bona fide uelle ceperis inuenies.  
 porro bonum. ingens speras fateor  
 si sincerum esset ac perpetuum. s; neu  
 trum sane est eorum hic. nam non no  
 uum. sed commune humis ymmo quo  
 tidianum ut sub umbra pacis belluz  
 lateat. sed neq; etiam pacem quā pu  
 ram diuturnam esse non sinit animo  
 rum instabilitas. assidue secum non  
 minus q̄ cum hoste pugnātū.

**¶** Spero pacem animi.

Pacem sperare bellantis ē. Suis ani /  
 mo indicat bellum tuo. nisi unus tu.  
 quod autem tibi ipsi abstuleris frus /  
 tra ab alio aut postulas aut speras.  
 verum etiā unde aut quo sperare pos  
 ses quod ipse nūc tibi prestare potes

sicut etiam nec aliquis alius a te pot  
eripere. Depone arma cupidinuz. Ire  
inuidie. superbie. gule. accidie ⁊ luxu  
rie. et quietem animi quesieris.

**¶** Cordis pacem spero. **¶**  
Cur ergo tam frequenter agis quod  
aduersum pacem est. Suid extra spem  
tuam tantopere laboras. vix conari  
deberent tantum homines ut salui fi  
erent. quantum incuntur iugiter ut pe  
reant. pluribus pene iuge bellum ani  
mi. laborq; emittitur q̄ emēda pax est  
atq; requies. Sic quoq; pugnat stul  
te spes mortalium. atq; studia. ut nō  
vnius hominis vnum pectus. s; mul  
torum. eozq; omnibus dissidētiū ui  
deatur. Sane magna humanoꝝ rerū  
pars umbra est. sic et pars magna mor  
taliū uento pascitur atq; sompniis  
gaudet. Crede mihi multi cum hac  
spe tua pacis ad eternos luctus ⁊ ad  
perpetua bella descēderunt.

**¶** Spero vitam eternam.

**¶** Hanc spem veram fateor iue  
nisti. vera enim vita mortalis. spes est  
uite immortalis. Sui spem istam non  
habuerit ad rem peruenire nunq̄ po  
terit. Nulla ergo sublimior ⁊ salubri  
or spes esse potest. cātūne ceca sic aut  
preceps videto. Sūt enim multi quē  
assidue male agunt. ⁊ bona sperant  
quo nihil stultius. Suipe mēdaciis  
se frui putāt posse veritate ipsa quo  
nihil impossibilius. Si igitur spem ve  
ram habeas. fidem habes atq; carita  
tem. Verūctiam omnes virtutes ali  
as habeas oportet. Ea enī virtutum  
est cōnexio atq; sanguinitas. ut qui  
vnā habet etiam habeat ceteras. Igi  
tur si fides desit. aut caritas. nō spes  
vera esse potest s; incōsulca presump  
tio. ⁊ qua spes que ad rē pertinet lō /

gis discedit abestq;. hac quidē spe so  
lus sperat qui amic⁹ est. Videas pre  
terea etiam terrenos principes ⁊ mag  
nates in se confidi et a se sperari vel  
le. sed id a suis dilectis ab amicis at  
q; benemeritis. non ab hostibus suis  
atq; ignotis. tuum ergo sic videre. ne  
spes tua te fefellerit. Spes vera non  
confundit in eternum.

**¶** Dulcum feruenter spero vi  
tam eternam. **¶** Vis credam  
tibi. temporalem vitam corrige. hac  
ad illam pergitur. primum igitur mi  
sericordiam speres. debinc eternā vi  
tam firmiter credas. nullatenus dubi  
tes. quia hanc spem si tenueris. felicez  
te faciet ⁊ tam fecit. Spe enim inquit  
⁊ plūs salui facti sumus.

**¶** Explicit Liber Primus de Remē  
diis prospere fortunē.

**I**ncipit prologus secundi libri. de  
Remedijs scilicet aduerse Fortune.

**V**irtus iam exsoluit quod  
promiserat. hoc et ipse veli  
vna scilicet mundi acie pote  
ter superas et magnifice co  
temnes. atq; apertum odemnadam do  
cens romby pariter et exēplis. Hec em  
sola est que arridētis fortune spurias  
blandicias spernit atq; conspuic aio  
ingenti. Suipe sapore delectata dul  
ciori. nugaz eius nihil egens. plena ē  
em. Ad hoc quidē laborat ut i se plu  
rimū deponeret. ut oīne gaudiū pete  
ret a seipsa. Preterea virtute stabilis  
animus deo suo fidens. aliena deserēs.  
conctus internis bonis suis. atq; arce  
sua uindicās se. sicut oīnibus externis  
nobilior ē et altior. Ita et potētior ē  
ac fortior. Et sicut ex alto oīne quod  
blādicur respuit. ut superis est oīsum  
Sic etiā omne telū hostis infra illum  
cadit. ut ē inferius oīndēduz. Suetad  
modū em nō tot amnes fontuz. non  
totibres aquaz. neq; tāta vis fluminū  
saporē maris minuunt. nec remittunt  
quidem. Sic nullus aduersariū reruz im  
petus euertit viri boni animum. s; in  
suo statu ac pposito manet cōstans.  
quicquid euenit in suuz trahit colorē.  
Iustus inquit sapiēs confidit ut leo q  
ad nullū pauet occursum. Itē qe quid  
acciderit iusto non contristabit eum.  
tristitia inq; absorbente intellectu ei  
et dictamen recte racōnis peruertente  
**C**um ergo omnis exterior labor p  
interiori mētis qualitate format. nō  
vtrūq; dicendus exterior labor ē vllz  
si interior fuerit nullus. Istos vena /  
tores attende. vel aucupes. aut hos  
vanitatu sectatores. Si exterius mo /

eus osideres. quid laboriosius quid  
ue molestius. Si mentis qualitatem  
quid delectabilius. quid iocūdis. Ad  
ipsum in rebus arduis attende. qntz  
erat exterior apostolorū labor. cum  
in carcerem truderentur cū constringe  
rentur vinculis. cū acerrime flagris ce  
derentur. Ibant nichilominus gaudē  
tes a conspectu oculi qm digni habi  
ei sunt pro nomine Ihesu. cōtumeli /  
am pati. **Q**uod multis sacrilegis pul  
cas tunc similis erat pena sed diffimi  
lis cōscientia. Isti quid utrobicq; mise  
ri intus et extra laborabant. Illi uero  
interiorem habentes requiem in exce  
rioribus penis exultabant. **S**uibz cō  
sideratis. patet neq; exteriorēs pas  
siones exteriorē perturbare laborem.  
sed interius radicez residentem. omne  
illud quod exterius accidit p sui cō /  
formare natura. Alioquin quid est ce  
teris paribus. q; duobus ad vnā mē  
sam sedentibz. appositis cibis eisdē.  
murmurat vnz. alter exultat. at q; eis  
dem vulneribus acceptis. vnz deicit  
languore. Alius mira iocūditate per /  
funditur. Itē duo orbitatis sue pau  
pertatis ifortunio feruntur. blasphe  
mat iste. ille grās agit. Aut occasione  
aliqua honoris oblata duobus. Iste  
aspersat quidē. Ille libidine oīnan /  
di inflānatur. **N**ihil ergo restat ni  
si q; intus est instruendus animus. In  
tus est formandus ac armandus virtu  
te. Si illa pars est tuta actuz est. pul  
sari homo potest. sed unci non po  
test. Alioquin frustra ad bestias pig  
natur foris. **A**nimū nāq; quem perfec  
te uirtuz imbuerit. ac possederit. in sue  
trāquillitatis statu. accidentia queq;  
confundit. nō sinens ullis eundem re  
rum turbimibz perturbari. S; oīnium

mutaciones rerū ad sui profectū vsuz  
peruenire opellit. ac per hoc omnia ī  
bonū sibi cooperant. **U**t ergo vir  
tus ipsa clarior appareat. turpior tur  
ba viciorū propaleat. etiaꝫ quante so  
litudinis 7 constancie sic mens huma  
na predita virtute. quāte quoqꝫ leui/  
tatis 7 stulticie inflata varietate. De/  
niqꝫ quāta luce ipsa resplendeat vir/  
tus. atqꝫ quāto in sceno probra vol  
uantur experienda ē exercendaqꝫ. Ne  
quisqꝫ quanta sic scire poterit qui vi/  
res eius latescendo mīme senserit. tan  
tum enim ferienti duricia silicis non ē  
Sepe enim latuisset virtus. iniuriam  
nisi accepisset. que tacta quidē ac ī  
pulsā altius se erexit 7 interdū. quan  
do violari putabat. effulsit. ymmo  
neqꝫ cōculcata et proiecta se tradidit  
hosti. Sed etiā degens. pugnās cō/  
tumaciꝫ exsurrexit. Sic quoqꝫ aduer/  
sitas ipsa plurimos quos vexauit il  
lustrat. **N**unc opꝫ labor. dolor  
angor ac mesticia. exiliꝫ. morbi. dāp  
num. paupertas. 7 similia torqueant  
angant. premant. territent. minētur as  
perrima. Inuita semper virtus fun/  
data super firmā petram ferendo vin  
cet omnia. Non extinguunt aque mē/  
te caritatem. nec mors ipsa. Sponte q  
dem deserit potest nullomodo vinci.  
Facilius aliquam magnam gētem vī/  
ces qꝫ boni viri aīm. quem virtus in  
durauit. Sane inexpugnabilis murꝫ  
virtus ipsa est. Quod enim in id qđ  
fixum est incurrit. suo malo vum exer  
cet. vnde ait Seneca. Quod nō est vir  
tutis nihil pati. sed animꝫ expone/  
re iniuriis. Sed neqꝫ ferri. aut lapidis  
duriciem habere eum velim. nullus eī  
tam altus. aut tā sanctus animus. q  
se non sentit perpeti. pro ut clamant

lacrimae scōruꝫ. gemitus 7 suspiria. d.  
domine quid multiplicati sunt qui tri  
bulant me. ac hmoi 7. **H**ic ergo re  
cipit 7 insultos hostium. sed receptos  
vincit. cōprimit 7 sanat. non enī est  
virtutis passiones ne insurgant sup  
primunt sed alcōris potencie est cum  
surrexerint ne nocēdo procedant. p/  
sternere. maioris enī ē virtutis erectū  
hostem deicere. qꝫ sic reprimere resur/  
gere conātem. de leuioribus autē minu  
tisqꝫ Jebuseis neqꝫ mencō ulla fuerit.  
oēs em illos huire cogit uirꝫ sub tribu  
to. **A**daneat semp operū uirga. **A**ssur  
ad dandū disciplinaꝫ seruo suo. **I**sra  
hel. Inerti enim ocio humana vita cō  
to obtorpescit. si nihil occurrat qđ mo  
lestet aut offendat. languere 7 torpe  
semper solent saginata per inertiam.  
**I**am ergo a verbis virtus secernatur  
ad rem pergendum.

**T**otus mundus mihi aduer/  
satur. **O**mnis subita muta/  
tio rerū. nō sine fluctu esse potest ani  
morum. vt audio fortune prioris af  
fectu ac desiderio tangeris. ymmo cō  
tabescis. Cuiꝫ sane naturam moresqꝫ  
si tu uelis reminisci nec te huīsse in ea  
aliquid pulchrū. nec amisisse cognos  
ces. **Q**uid ē qꝫ ingemiscis. qđ in luctū  
te deicit ad meroreꝫ. Nunquid inusi/  
tatum quod vidisti. Nunquid ipsꝫ  
mundum uel fortunam erga te muta  
taꝫ esse putas? huī certe mores eiꝫ sem  
per fuerunt eaqꝫ natura. Taliꝫ cum  
blandiebatur erat cum arrisit tibi ap  
plausitqꝫ. cū false felicitatis illecebris  
tibi alluderet. sic preteritos. sic pñtes  
et futuros. Sic quoqꝫ semper amato  
res suos fefellit uniuersos. fortune ā  
biguos uiles apprehēdisti. que sese  
alio ad huc uelat. Sed tibi nūc. **A**rs



innocuit. Si probas quidē. si placet moribus eius utere. non queraris si minus. si perfidiā phorrescis sperne perniciosa ludentē atq; abice. Nō em̄ h̄z longas manū mundus. Heminē speciosa eius occupāt nisi sibi adherentes. quantum potes resiliendū ē ab eo. Reuera e9 instabilitas iusta causa tibi erat spandi meliora. eademq; in alterutro vultus mutabilitas nec formidādas eius minas neq; exoptandas facit eē blandicias. Ablatū tibi forsan quod causaris. aut retraxit tibi manū q̄z extenderat. Atq; inops rebus huc venisti. 7 exhibis. suis opibus interim te fouit indulgēter atq; educauit. In de habe graciā velud vsus bonis alienis. nullum habes ius querere tanq̄ tua perdidideris. Tua si forent que amissa quereris audenter assero nullo modo perdidisses. preterea nō quod est ante oculos suffecerit intueri. Rerū exitus metueat sapia. Hinc sane inter tua et mundi seu fortune bona. magnum interuallum ponendum erat. ut mutata facie veniens. sine motu atq; metu tuo. repetere sua poterat q̄ abstulisset. quia neminē aduersa fortuna comminuit que3 prius secūda non de cepit. Id quidē si fecisses illa que tibi causa nunc tanti est doloris. tranquillitatis esse debuerat. Sicca ergo oculos. cōsolare. vexatio dabit tibi intellectum. aperietq; fortuna minax oculos quos clauserat. prosperior. Sau de inq; magis. quia te falsa reliquit felicitas. quā mō relictur9 nemo secur9 esse pōt. nisi vllus ad veraz felicitatē 7 stabilem valet peruenire. Neq; eī aspera sed blāda timenda sunt ad patriā tendenti peregrino. Veruz si tristia semper occurrerent quis posset illa

sustinere. Si semper leta quis posset non contemnere. Si rerum omnium tanta gubernatrix sapientia. attingēs a fine vsq; ad finē fortiter suauiterq; omnia disponens sine cuius nutu nō cadit passer vnus super terram. Cui9 eterna prouidentia a summo angelo vsq; ad minimū vermiculum se extē / dens eo moderamine pro necessaria vicissitudine horuz. electis suis alternat cursuz uite temporalis. Et si propter loquendi usum fortune nomen ex primo interdū. sic inq; ista temperat ut neq; frāgāt bec aduersa. neq; prospera dissoluant. sed potius ista ex illis gratiora fiant. atq; illa ex hiis tollerabilia.

**E**ueniēt aduersa multa mihi molesta. **A**d tantas inepcias iam peruentū est. ut tantum. nō dolore sed doloris opione uersemi / ni more pueorum quibus umbra metum incuit. Et personarum diffomitas uel deprauata aut laruata facies. Reuera plura perterrent uos q̄ p̄mūt pugiles egregui. et sepe pl9 opione q̄ re laboratis. Snippe aliq; uos torquent que oīa non deberent. Suedam uero antequaz debent. 7 quedā etiam plus q̄ debent. ac per hoc augetis dolorem aut fingitis. aut precipitatis. Adeo enim estis delicati miseri. q̄ ad omnem tactum ingemiscitis. defletis omnē cycatricem. Ad insanā talē uos coegere delicia. ut quicquid ex uoluntate non rīderit. irā euocet tristitiam ingerat. inferat dolorē. Ita q; regum animos induistis. Prouide etiam oē quod uos offendit putat q̄ ledat et que aduersa dicitis. aiūs magnus exercitationes putat. Illis em̄ accollitur ac difficultate rerū nescit

Hinc enim vitā quietā ⁊ securam ma-  
 re mortuum prudens quidam nuncu-  
 pat. Nihil em habere quo te excites  
 ⁊ concites. quo ai firmitatem tēptes.  
 ⁊ profectū sed in ocio iacere inconcus-  
 so ac corpore. nō vtiq; tranquillitas  
 sed mollices ē. Vñ ait seneca ad Sy-  
 renem. miserum te iudico iquit. quia  
 nunq; miser fuisti. quia nil molestie p-  
 tulisti. quia sine aduersario vitā trā-  
 sisti. quia nunq; tibi licuit teipsum ex-  
 periri. In tempestate nauis guberna-  
 tor. miles in acie cognoscitur. Suan-  
 tum i amore paupertatis profeceris  
 quō scies. si afflues diuiciis. aduersus  
 gulam ⁊ intēperantiā si continuis re-  
 solueris deliciis. aduersus ignomini-  
 am quidem atq; odiū ppare aut do-  
 mesticorum morsus ⁊ tēptationes. Si  
 dicat tibi semper euge euge. Si inter-  
 plausus consenescis. Experimento enī  
 opus est ad noticiam tui. Temptat⁹  
 potes discere aliquid aduersi quo ex-  
 ercearis opz occurrat vel mergat. pre-  
 terea non habet deus bonum virum  
 in deliciis sed indurat. hos quos a-  
 mat. experitur ⁊ exercet ut discat aīo  
 equo ferre illa que mala esse nequeūt  
 nisi male sustinueris. molles ⁊ effemiā  
 tos futuris seruat malis. verbū Sene-  
 ce est. Sed venio illuc quo me. Forsan  
 uocat expectatio tua. eterna felicitas  
 omnibus proposita est. ad hoc pre-  
 mium laboratur. Deniq; promittitur  
 regnū omniū seculorum. Sed nūquid  
 mollib; et delicatis. nunquid effemi-  
 nati rapiunt illud. An non multos a d-  
 licis pntibus ad eternas emigrasse le-  
 gimus? Si enim electi dei gementes et  
 dolentes in erumnis multis ⁊ angusti-  
 is. rectis uestigiis uix intrare potuere  
 nunquid nos retrogradis uestigiis.

solemnē misericordiam domini canca-  
 tabimus. ⁊ nō etiam iudiciū. qui pro  
 prio filio suo non pepercit. Nūquid  
 vobis. Certe qđ dulci melodia psal-  
 lim⁹. qđ sanctorū solemnia modulatio  
 ne vocis celebramus. uestigia eorum  
 nullomō repntant. Sed restat ut ordi-  
 natus viuentes per correctiones mo-  
 rum. per cōformitatem vite profecq;  
 mur precedētes. qui nihil molliiter ni-  
 hil delicate agendum esse nobis. neq;  
 bysso aut sericis. s; sudore ac sangui-  
 ne. excolendam virtutem ⁊ promeren-  
 dum regnum illud docuerunt. Nō qđ  
 Fundi petat deus sanguinem. sed car-  
 nalem vitam. et belunos mores. fe-  
 ros ⁊ fedos affectus. ⁊ effect⁹ postu-  
 lat licari. atq; semel lotaz in sanguine  
 agni stola; riuus lacrimaz denuo la-  
 uari. Id quidem non tantū effusioni  
 sanguinis. ymmo ⁊ martirio ves pōt  
 comparari. illo quo cedūtur membra  
 carnis. quod si horrore sic miti⁹ ut be-  
 atus Bernardus ait. diuurnitate tñ  
 molestius. discite ergo compati. Adul-  
 te tribulationes sunt iustorū. misero-  
 rum vero fede voluptates.

**N**atura me deformē genuit.

**F**orma insignis. ⁊ honestas  
 sub vno lare raro habitāt. Suid do-  
 les qđ excluso hospite peiore. melior  
 tecum habitat. Scito etiam qđ pio ac  
 sancto studio. nō vsui. sed impedi-  
 mento formaz esse corporis. Adultos  
 enim forma fecit adulteros. castum  
 nullum. etiam per lubrica voluptatū  
 duxit ad infamez mortem. qui sine d-  
 decore ⁊ periculo deformes vixissent  
 multos dixi numerabiles. ymmo fere  
 ōnes. aut in discrimen trahit aut i cri-  
 mē. Natura tecum bene egit ⁊ multas  
 faces extinxit ⁊ icēdis multū occurrit

**T** Grauer doleo me deformē.

**E** Quid mirum si stulte doles q sepissime stultius es gauisus. vnā de ordinationem alia sequi solet. Sane forma fugax est. 7 nature donum fragile. paucis ad utilitatem. ad perniciem multis. nulli ad salutē verāq̄ gloriam data est. Hanc pauci boni ama uerunt. nullus optauit. Quidā pro iecerunt. quod fecisse laudatur ille.

Tuscus adolescēs qui preclari vultus spēm eximiam q̄suspectā multis aduersamq̄ fame sensit. Atq̄ aliene pudicitie. illatis sibi sponce vulneribus deformauit. Illis dissimilis optas. Illud quod iste sibi abstulit quod vnq̄ rarissime aliqui inocue vsi sunt

**T** Turpem formam natura mihi dedit. **E** Non dedit natura tibi quod corrumperet egritudo. eriperet senectus. Sed forsā dedit qd nec mors ipsa audeat attingere. Ingenuum abile Cor docile. Aptam formā animi. Tantū igit si acceperis exigui repulsam. alta mente despicias. 7 offensam speculi solare conscia.

**T** Cur me natura sic deformem fecit. **E** Certe vt te ornares ac formosum faceres forma tali. que tunc in grabbato et in feretro. Effetq̄ tua 7 non nature nec parentum. Pulchrius nāq̄. pulchrum fieri solet q̄ nasci. Illud est casus. Aliud vero studiu. Vnde in epistola ad Claranū ait Seneca Ostendit inquit claranus nos ter magnum animum sub qualibet cuncte posse latere. Inferens non deformitate corporis fedari animum. sed pulchritudine animi corpus ornari. Nō igitur. inonestat te aut premit corporis deformitas. sed honestādū ai materiam. 7 assurgendi aditū per vir

tutem aperit.

**T** Pusillus sum statura.

**E** Sicut gloriosum nihil nisi uirtus. Ita 7 nihil concēptibile nisi uirtutum. Nulla uirtus respicit staturam corporis potest 7 ex casa uir magnus egredi. Nil uetat in paruo corpore magnum animus habitare. quia non eget uirtus mole corporea. sed in animis sinceris habitat.

**T** Careo uiribus a natura.

**E** Non habuisse q̄ perdidisse tolerabilius est. 7 si fuisset nō mansisset. sicut nec fortissimi Sāpsum Herculis. vel Adilonis. Nō sic certe Socratis aut Platonis nō Tullii vel cyceronis. Melioribus ergo uci sapiētis est. Nihil ai magnus delectare potest quod non durat.

**T** Imbecillē natura me genuit.

**E** Ut in pueri vagina ferreus ensis ita 7 in corpore fragili fortis sepe latet animus porro 7 si celsus erat corpore Scipio africanus. atq̄ cesar Julius Alexander tñ 7 Augustus breues extitere. parum forsā obfuit magnitudini eorum breuitas nec tamen fame detraxit. Idcirco animum tuū foue et exerce suis artibus. quas multo meliores aut diuturniores esse non ābigis. Labores uero corporis rusticos relinque rusticis. fabris fullonibus nautis 7 textoribus. non peiores partem elegisti.

**T** Corpus mihi est perdebile.

**E** Si corpus tuum inhabitant animo sic sufficiens. satis tibi uirtutum ē quia propter animi seruitium corpus factum esse testamur. nemo tā corporis seruus ē qui nesciat. Illud enī si proprio suo munere fungitur nil amplius requiras. Nam qui ingenio fragiles

sunt et corpore prevalentes. beluis pro  
ime accedunt. et quod miserius est ali  
is seruiunt. ymmo quod miserimum  
et humane miserie summum exitus est  
animu suu suo corpori seruire cogunt  
seruicute qui dem fedissima.

**T** Imbecillis natus sum.

**E**t si non ydoneus sis vecta/  
dis oneribus. aut acervo fodiendo for/  
san aptus es honestis studiis aut ius/  
tis imperiis. In naui ad remu ponit  
robustior prudentior vero ad regen/  
dum clauum. Nam uita humana qua  
si nauis fluctibus rerum et mundi pe/  
lago iactata suos remos habet et suu  
gubernaculum. A uilioribus officiis  
repulsus ad meliora conuertere. tibi  
enim natura non quod male delectat  
sed quod proscit dedit. mitte querelas

**T** Corpus inualidum mihi e.

**E**t corpus quasi domus quedam  
animi est quae robusta quidem an quae fra/  
gilis nihil ad hostem pertinet. Stet  
pauca diebus ne corruat. et adert ne  
cessitas emigrat. Et quod domus dixi  
ymmo et uerius carcerem corpus esse  
dicerem. non amicum sed hostem do/  
mesticum. cuius optanda tibi est fra/  
gilitas quo tu maturus liber sis et uic/  
tor.

**T** Alius sum debilior.

**N**on robustus es ut tuus coetane  
us. neque is ut alius. neque ille. ut bos  
aut elephas. Quilibet enim semper ali  
quid deficiat. Nemo de suo concitus.  
Natura quidem pariter optima. suu  
rum fetuum amantior quam quisque sui est  
Non potestis de defectu conqueri. d  
imparitate uos querimini turbidus  
genus atque querulus. qua sublata mu/  
di decor intereat necesse est. sic quod op/  
timu est in rebus sufferetis egritudine

**T** Corpore infirmor.

**G**loriare in eadem et uirtutem per/  
fice duo hec ex unius ore didicisti.  
Nam uirtus in infirmitate perficitur  
Sane mala ualido comes fateor et  
iocundo. sed fidelis qui crebro te sol/  
licitat atque stimulat. ac signat inter et  
condiciones admoneat. Optimum et  
in periculis est monitor fidelis. Sile  
ergo atque gaude te uictu ruinoso car/  
cere. unde egredi facilius atque tutius  
erit.

**T** Origo mihi obscena.

**V**era et summa obscenitas una est  
animi. Illa si deperderis pulchra sunt  
omnia. unde strenuissimus ille miles  
Adarius. a multis romanis impedi/  
tus. Ne senator fieret. propter igno/  
bilitatem suorum parentum. quibus  
Salustius. noua inquit Adarii nobili/  
tas est. quam melius utique peperisse est.  
quam ab aliis hanc corrupisse. Neque enim  
tantum nobilem indicauit sed etiam  
nobilitatis principium et fecit eum se/  
natorem.

**T** Mali me parentes genuere.

**S**uid ad te. quisque male genu  
erit tu bene genitus excitasti. nisi alie/  
no flagitio tuum iunxeris. Sui enim  
bene uiuit bene moritur. qui bene mo/  
ritur bene natus est. At qui male uixe  
rit bene natus esse non potest. Nam  
quid refert quod fulgido tramite cecus  
cesserit. Aut quid refert unde uentus  
si in miseram ueneris et in culpam.

**T** Pudet fede originis.

**J**am non miror. quod in alieno  
tumescas. Nam et alieno erubescens  
genus stultorum. potius enim in aliis  
quam in uobis bona ac mala uestra repe/  
mitis. que alibi quam in uobis esse neque  
unt. Caue ergo ne hereditatem adcas

dedecoris paterni. sed cupias illi fieri dissimilim9. In hac parte qui te ignarum genuit. inuito suas maculas. i. pressisse tibi nō potuit. In te sic et ex te prodeat necesse est. vnde obscurus fias aut clarus.

**T** Hucus sum ex dāpnata uel nere. **E** Male debes impudici patris honest9 esse filius. q̄ honesti patris impudicus filius. Suipe i omni laude precipue estimanda sunt que propria sunt de alieno aut nunquam aliquis iuste laudatur. aut resp̄ benditur. Sicut nec vnus gladio perit alius. et sicut vnus flammis alius nō uritur Sic nec euam vnus culpa alteri9 fama perit. eo q̄ animi bona solidiora sunt q̄ bona corporis aut fortunē. et inuite nequeunt possessores violari.

**T** Steriliter natus sum. **E** Obstare fori actib9 forsan potest nō animi. Nam et si seruus imperator eē non pōt aut senator. potest esse p̄bilosophus potest esse vir bonus. aut ualens orator. non potest forte militare homini potest tamen deo. Tuius militie stipendium regnare est. Suipe dei seruus. rex hominum est. angelorum soci9. et horror demonum.

**T** Contra fas et leges genitus sum. **E** Contra fas et leges nihil tu. sed parētes tui genuere scdm leges omnia age tua. et nulluz in hoc crimē erit tibi. de ortu quidem tuo alii. de moribus uero tu rationem reddes. Et si ultio legum ad cobibendū parentes in filios immeritos extēdatur non imputat tñ deus ut propheta dicit. Secundum prophetiam uero etiā lōge aliter q̄ leges iudicare didicisti. Si igitur oppressus es legib9. diuino

simul et testimonio philosophico re/leuatus habes animum. vnde soleris tuum. Neq̄ enim ut priuati patrimonio sic publice uirtutis hereditas iterdicta est. Illa enī datur institutis hominū. hec uero meritis. **E** Crede mihi anteq̄ nascereris. sicut tibi nil glorie fuit sic nec infamie.

**T** Origo incesta mihi est. **E** Quid de incestu. quid de adulterio et fornicatione nasci q̄at. sunt testes Romulus et frater eius et Alchides preses macedonie et Jugurta numidie uterq̄ rex fuit. Item Alexander philippi filius dict9 ē. que sepe in uita et finaliter in morte cōfessus est nō fuisse suū. Idē etiam Olympias mater eius confessa ē. ob quā causam re pudio dimissam scriptores res perdidit. Verum etiam Constantinus Imperator ille optimus ex concubina natus est. adice Arctuz regum liberalissimum et q̄piures alios principes et magnates. Concludendo ergo nō origo te deiciat. undecunq̄ ortos uirtus extulerit satis glorie est.

**T** Male natus sum. **E** Bene uiue bene morere. qualiter natus sis. nec tuum ē. nec meminisse quidem potest. nec magnopere inquiras quod ad te non spectat. quod nec cōsilio tuo aut cōsensu actū sit nisi forsan ut humilior sis mitiorq̄ sed non mestior.

**T** Turpiter natus sum. **E** Adorum candor atq̄ claritas uite nō tñ maculas ymmo omnem memoriam fede originis tollent delebuntq̄ hoc remedium cuiuslibet licet arripere. nullum crede mihi efficacius ē. Idone ergo omnem pudorem. vnus enī pater oīm deus. omnī vna mater terra

est. Ab vno adam secundum carnem omnes processimꝫ omnes natura eq̄les genuit. i deū atq; parētes caritatē habeas. ⁊ non tantum te nobilem sed ⁊ magnum regem dicam.

**¶** Seruus natus sum. **¶**

Vive libenter meliori tui parce. vna est seruitus peccati. Sed que preme/re nescit iuitos. illā excute ⁊ liber eris

**¶** Seruus hanc intraui vitam.

**¶** Liber velis egredi tantū non doleas. Multi sunt qui intrant liberi q; serui exhibūt. Incūbe studio sapiētie ⁊ vere philosophie. illa te in libertatem offeret. Ciceronis sentētia est q; Cæthonis dictū confirmatur. Solus inquit sapiens aut vir bonus liber ē. en libertate illa qua cercior nula est. In te ergo stat liberum fieri.

**¶** Ad nasci seruum fortuna voluit. **¶** Tu potes velle contrarium. Suipe moribus vincitur. fortune monstruz nosti ac ludos eius ac presagia. extollit et deprimat alleuat ⁊ deicit. Si velis ⁊ totus velis nō tā tum liber. sed domini tui dominus fieri potes. quia quem fortuna seruum virtus liberum facit.

**¶** Sub duro domino premor seruitute. **¶** Nulla re meliꝫ q̄ fide mollietur et obsequio. deinde de eo sic cogitabis. hic te nutrit. omnem tui curam in se transtulit. Cum libertate etiam omnem sollicitudinem am / sisti. Suid nisi vtile dāpnū voces. Sane multis serua libertas. multis libera seruitus fuit. Non enim tam graue iugum hominum q̄ curarū est. qui hoc quidem excusserit illud ferat eq̄ / nimicer. Suipe huc tu seruus es huc te vni deditus ymmo hic seruus tuꝫ ē Nam tā dominus q̄ procurator tuꝫ

ē. Nō habes forsā honores equi dē nec labores publicos. Non dilaniaberis rodentibus curis. non rerū laborinto implicaberis nō forensibꝫ pro / cell ⁊ osiliorū uolubilitate rotaberis. non nauigi tarditas. non agri sterilitas. Nō annone caritas te torquebit. Has molestias domino tuo reliquas. Illo vigilante dormies illo occupa / to multis. leuiter requiesces.

**¶** Difficilis ac imperiosꝫ mihi ē **¶** Suiquid iustum iubet deum iubere credito. Si autē iusserit quid iniquū maioris domini meminisse cōuenit qui te ad honesta q̄uis difficili a patitur sic etiam ad inhonesta que / q; te vult esse liberum. in ap̄fo legitur Serui obedite dominis vestris. Et a libi etiam discolis. Neq; enim seruz de domino iudicare decet. S; mores qualescūq; ferre eiꝫ. quia quo immi / or dominus eo clarior paciētia serui. S; neq; ita imperia exequi oꝫ semper S; si superioris dñi iussis sint aduer / sa. iuste recusantur. In hoc enī domi / nus conseruus tuꝫ est. Si ergo tantū iustis imperiis obediendi sit. non ini / iustus. Nullomodo totus seruus est. qui ad indigna imperia cogi nequit.

**¶** In seruitutem me necessitas i / pulit perpetuam. **¶** Contra oportet nullum est remedium. Neq; enim illud quod non habemus opta re sed eo quod habemus bene vti sa / pientis est. Illud omnibus contingit istud paucis. Suid ergo. Certe libens facto quod oportet. Est ⁊ illud no / tissimum atq; humanis necessitatibꝫ apertissimum consilium. Id scilicet cupere quod necessē ē. Sic vim ipsaz necessitatis illuseris. fer fortune sarci / nam paciēter quā multi spē subire.

ut alios quidē seruitio liberarent ip/ si culere seruitutem.

**T** Mortalis seruius mortali.

**C** Incipe seruire immortalī. qui libertatem tibi spondet atq; regnum. Quis et hic etiam honestis artibus o peram dare tibi licet. vetitum melio/ ra sperare. Plato philosophus in ser uicium delatus fuisse legitur. maior q fuit e mente. Sicut et noster Paulinus Nolanus episcopus. pro vidue cuiusdā filio in seruitutem tradidit seipsum. Generosa sane professio. que seruum maiorem facit domino. quomodo uir tutem que solum anime bonum est ser utus impedit. Liber animus est. vincu lari nequit. nequit et exulari. Quocumq; corpus transferret. omnia bona sua secū tollit. Animus in se sua reponit. Nihil potest perdere. Crede eruditus seruus domino indocto maior est animus ip se. Nam et in libero corpore sepe serua mēs habitat et euerso. In seruo cor pore libera mens. obstare potest ali/ quid seruitus fori actibus nō animi.

**T** Superbo domino seruius.

**C** Forſan ille domino seruit ſu periori forſan uxori forſan meretri cule. forſan hiis quib; ipſe imperat. Quot putas ſeruatorum ſuorum ſeruos. Dominos cernimus. utiq; vndiq;. et quod duriffima ſeruitus ē ſeruit ſibi ip ſi hoc eſt paſſionibus et violentis af fectibus. viciis ſuis ſeruit. Quid dicā pauci liberi ſunt. et ſi qui ſunt. tamē eo ipſo ſane laborioſior vita ē quo alti/ or. multo citius et facilius fidelis ſerui q̄ iuſti regis implent officia. Dyolectiani imperatoris quondam ſed poſt reſig nationem imperii. de preterito iudi/ cantis memoriale dictum eſt. Nihil ī quit difficilius eſt q̄ imperare. Sor/

tem autem tuam letus amplectere fut cam quidem atq; humilem sed facilez et tranquillam. nisi forte feliciorē fa tearis in ſpectaculo anhelantē q̄ qui eſcentē in cubiculo. Aut ſi finem mali ſperes ac promiſſam requiem. tibi mi nuat ſpes dolorem que ſicut non con fundit in eternum. ſic nulluz interī hic relinquit deſolatum. Si autē poſt vi/ tam nihil melius ſperes. aſſume paciē tiam conſuetudo tuum luctum leuiat nec malum malo cumules. neq; te an/ gas ſuperuacue ſciensq; volēsq;. q̄ to tius humane demencie ſummam eſſe dixerim.

**T** Magna mihi paupertas est.

**C** Modestia sepe perſuaſit egeſ/ tas animo reluctanti et quod perſua ſerat. ipſa philoſophia implevit. Ne uero ubi ſobrietas et modestia ac ſol licitudo. ibi luxus iners. ſopor mar/ cidus. et vicia languida. et enervata non ſubeunt.

**T** Domū meā paupertas iuaſit

**C** Ultro occurras eidem conſu/ lo atq; animo leto vltis ſuſcipiens et amplectens venientem. Prima qui/ dem frōte rigidula videtur et ſubtrif tis. Nimirum viatori et viro armato aſſimilata. eo q̄ celer et minax aduen tus eius ſit. Ne uero cui fuerit in fami liaritatem admiſſa. et minime ſumpu oſa. ſecura atq; facilis hoſpes erit. et que triſtis apparebat inuenitur hyla ris et iocunda.

**T** Paupertas iſultat forib; meis

**C** Citius aperies ei atq; ſubito vectes confringat atq; hoſtis vulſis e cardine. victrix iroceat manu violē ta. ut enim reſiſtentibus permoleſta ē ſic et cedentibus iocunda eſt. Eſt etia; aduerſus fures et furibus deteriores

voluptates. vigil excubatrix. ⁊ aduersus vulgi morsus et insulsa iudicia. aduersus auaricie et prodigalitate infamiam que raro. q̄ in locupletum sedet limine. Ab huius enim malis nullo melius ingenio custodiri potuit domus tua. q̄ custodiet paupertas.

Si aliquis diues etiam largus sibi re seruauerit aliquid vulgo auarus dici solet. Si pauper cupidus fuerit. habetur pro largo. Inuidet enim opibus vicinia. pauperie miseratur. illas et cupit et vituperat. hanc vero horret ⁊ laudat.

**¶** Domum meam paupertas iam occupat. **¶** Jam tibi nullus locus superbie. nec iudicie. nec dampnorum metu neque suspicionibus. neque istius neque etiam nausae. non podagre diuitum hospitibus. quibus exclusis habitat tecum quies. ac tranquillitas. acque vires cui sane eo plus loci erit. quominus fortune. que sub eodem lare raro habitant.

**¶** Domum meam dura subiit paupertas. **¶** Scio quid queris fortassis mollius diuitie subissent. Crede mihi omnibus opibus atepo nenda est securitas cum omnia ut ad felicitatem disponamur. cupimus aut cupere debemus. que sine opibus esse potest sine securitate nunquam. Stolidetur plus auro quam virtuti tribuis. legis enim in paradoxis stoicorum. quod solus sapiens diues est. illud quoque in mille sententiis doctorum sanctorum. Sola virtus diuitem facit. legis quidem. sed spreuisti quod plerique faciunt legentes non ut melius uiuant. sed ut ornatius fabulentur ad scientiarum omnia ⁊ ad eloquentiam ad virtutem nihil quo nihil est uamus.

**¶** Spes atrox fortuna eripuit **¶** Non tuum abstulit sed culic suum. nihil tibi iniuriata est. sed hec vetus ac noua ingratitude est danti in meos cum sitis ablati memores estis Ita enim rare ac per te pidi sunt gracie. crebres aut querere ⁊ feruere.

**¶** Tulit necessaria uite fortuna **¶** Nemo tibi tollit necessaria. nil enim necessarium sine quo bene uiuitur tamen dico bene. non voluptuosum se non insolenter non splendide. sed prudenter. sobrie ⁊ honeste. In quibus nullum sibi ius etiam insolens fortuna fatebitur. Et sicut nec toto quod visum est auro. neque omnium gemarum pompa. omnium copia rerum explere potest cupiditas. Sic et paucis comparandis. si desint leui ligue. vel manus artificio tollitur. aut leniter naturalis necessitas. Suipe virtuti modicum. vicio nil satis est.

**¶** Vitium ⁊ vestitum negat mihi amara fors. **¶** Virtutem erogo petas que liberator quam fortuna est. Nihil negat virtus nisi quod partum nocet ⁊ proderit. negatum. nihil arripit. nisi quod habuisse damnosum. amissum vero vale sit. non differt uirtus. non imperat. manum non retrahit. non rugat frontem. non attollit supercilium. nullum despiciat. nullum detrahit nullum fallit uirtus. non irascitur. non seuit. non mutatur. ubique semper una est. nisi quod magis magisque degustata. dulcior indies ⁊ propius conspecta pulchrior fit. Hanc ergo acquirere ut diues sis neque aliquid petes a fortuna. cum te plenus fecerit virtus ipsa. Nam qui ex aqua eius biberit non siciet in eternum. Verum etsi difficultes aditus primum habeat. cetera puta



sunt Jocūda sunt facilia sunt. ad hāc quidem si peruenias. nullam senties paupertatem. Neq; diuicias reguz cō parare uoles ei.

**¶** Contra Fortunam nullum mihi valet artificium.

**¶** Omne nimirū artificiu. oīa arma tua quibus te tueri credis. in cuius hostis manibus sunt. fortune scilicet. illa capulum tenet tu cuspidem. Suid ergo inquis. consilium audi meum. cum nil aliud q̄ris. speres cupiasq;. q̄ bona eius que sub dominio eius sunt. Eius viribus et iustibus. aut illisibus te exponas oportet. atq; legem pati eius. Ommissis ergo illis animū tuum artibus illis applica. in quibus nullum ius fortuna habere potest. Non enim diuicias virtus. sed virtute diuicie querantur. virtus vna contra cōmunem fortunam cōtra omnēq; paupertatem res optima est. Unde Aristippus ad litus rothum eiectus naufragio. scolas intrans. Ibidem victū suum acquisiuit. atq; oim sociorū suorū. Dixit quoq; in recessu manētib; ac aliquid doctrine p̄ memoriali roganctibus. Nunciare inquit filiis vestris opes tales querere. que nec maritima vel urbana. neq; etiam vlla bellica eripere potest tempestas. aut vlla vis alia auferre. sed que vbiq; tu te sunt et salue.

**¶** Inops sum rerū atq; animi.

**¶** Primum quidem te expeditū fecit. secundum vero inopem et miserū. Ad illas ergo opes aspira quib; spoliari nequeas que te comitatu; vndiq; diuitem et ornatū prestēt vñ Theophrastus omnem doctū virum in alienis locis quocūq; se diuerterit testatur non peregrinum esse non alienū

sed ciuem. vbiq; suus est. vbiq; frui suis bonis.

**¶** Multa mihi desunt ad uitā.

**¶** Cui sufficiunt pauca quō illi multa desunt non uideo. Sed uobis deesse dicitis quod deest auaricie. Itaq; sic ut uobis. non tantū multa sed omnia uobis desint. et que habetis et que cupitis. Illa quide; non audeatis tangere. ista vero non valetis assequi. utrobiq; parum miseria et egestas.

**¶** Nulla mihi opum copia.

**¶** Ut enim inopi animo ac deiecto opes nulle sufficere p̄nt. sic diuicio et erecto nulla sufficit paupertas. Nepe ille alieno utit. Iste fidit proprio. In alieno enim edificare iactura est. In proprio uero questus. Porro si necessitati obsequeris nunquam eris pauper. Si cupiditati. nunq; eris diues. Ex inope quidem diuitem. et ignobili gloriosum. quasi pestem fuge. Equidē diuicie nō proderūt in ultionis die. Iusticia uero liberabit a morte.

**¶** Nimis pauper dego.

**¶** Gloriare magnis ac illustribus comitibus. Lucius Valerius cōsul romanus Numenius. Agrippa defuncti. non de proprio. sed de collatis a populo nūmis sepeliri habuerunt. S; et Suius ticiannas. Fabricius Gayus Scipio Paulinus emilius. taz diuites glorie. Pecunie inopes ac romani defensores. pauprimā uitam duxerūt. Sic et gentium philosophi q̄ plures. cōtemptas diuicias abiecerūt. uerum si quis xp̄m Ihesum cogitans uirtute uera se uallauerit. in ipsa paupertate ditissimus. nullus quoq; rei indigēs regias opes non requirit. Quia sancta religio xp̄iana. Quia aurea paupertas

felicitati tue. diuitiis et deliciis tuis. nulla rerum affluentia potest comparari. Sane nullus ceculus insignior esse potest aut clarior. quam de pompis seculi triumphare. et concubalcis diuitiis eius. in sola paupertate se diuitem reputare. Reuera mirabiliter elusa est sapientia huius mundi. Nam filii eius diuitie vertuntur assidue in miseriam et tormentum. Quod liberum vero et quod beatum sit diuitiis carere. experiuntur filii lucis. Confitebor inquit tibi pater quia abscondisti ea a prudentibus et sapientibus huius seculi. et reuelasti ea paruulis tuis de pusillo grege tuo. Quippe diuitias contemunt propter te et nihil eis deficit. quia tu eis bone pater sufficis. Filii autem alieni. serui pecunie. manone cultores. quanto plus habent egent eo magis. Vastantur de sideris cupiditatibus dissipant. cruciantur timoribus. tristitia languent. lacerantibus curis contabescunt quorum tamen totum opus est araneorum tela. quorum extrema gaudium luctus occupat et quorum finis semper transit in querelam. Denique et si non aliud boni secum afferret paupertas quam quod a fallacium adulantium gregibus. et superbiorum seruatorum tyrannide liberat habundantia erat cause ut non tantum ferendum. sed esse exoptanda esset ymmo et accersienda pauperies et affectanda egestas.

**I**n paupertate genitus sum.

**N**on tue querimoniae satis tibi sint. Hec quidem non tue sed parentum tuorum sunt. At uero si in paupertate natus sis ac inde quereris. quod non nudus utero matris egredietur. vel precipuum illud habet. Sane in paupertate natus et in paupertate mor-

iturus sis oportet. Similis principio manus finis. nisi forsitan morientes a languoribus mederi auro censes quod in archa est.

**I**n paupertate principium vite fuit. **M**edium ut audio false diuitie. ac principium ac finem vera paupertas tenet. nudum nasci. nudum mori. humana conditio est. Sicut queso purpureum cubile. quid funeralis lectus aureus. aut quicquid mortalis habitio meditatur. quid ad febrem quid ad mortem. aut quid ad ipsam de qua loquimur morientium nuditatem. aut ut equum probalere sic aurea delectent. Adulcere quidem ista oculos possunt inuentium. sensu vero carentibus aliquid esse potest delectabile nulla autem delectatio.

**T**otus pauper sum in vita.

**C**rede in morte letior eris. Nemo enim tam pauper vixit. ut moriens non vixisse pauperior. malletque subulcus fuisse quam princeps.

**T**enuis mihi victus est.

**I**mmo nimis ampla nimiumque capax gula est. Est enim vnum angustum quid visu. re aut vnum patens iter vicis omnibus in animu irruentibus. Hac enim flamma libidinis ac corporis ingenii. hac irarum et iurgiorum feruor ingreditur. Hac imperiosa cupiditas omnia peti iubens atque facere. unde necessaria creditis que dampnosa sunt. et munime vite dicitis id quod est ruina. Inde quoque laudem sperant unde pudor mecuendus erat de tibi angustia queri noli. utile quidem est cogi ad id quod facere deberas sponte.

**G**rossus et durus mihi victus est. **D**uricia amica virtutis est.

mollicies vero uoluptatis. Suot em magni viri vltro se voluptati abd/ cances hunc quez tu victum refugis elegere. quorum multi cu laute vesci potuissent. panem ⁊ aquaz in deliciis habuere. Sed funesta suauitas virtu tis hostis ac ruina atqz titillatio bestialis in brutum animal. hominem co uertit. At hec familiaritas contracta cum viciis. ⁊ peruersa consuetudo re rum pessima mortalem obtutum per stringit vt decerni nequeat qz decoru sic quod torquet. et qz feduz id quod mulcet.

**T** Tenuis mihi cibus est.

**E** Adaltes igit ne tumefieri. Te nuitas enim e finibus tuis pellit po/ dagram. capitis dolorez. vertiginem cerebri. vomitu ⁊ ructum. nauseam et sudorem. tediuzqz et fastidiuz tui. pal/ lozem alternum cum rubore. odorem tam oris qz corporis tibi atqz aliis i portunum. adice quod tollit instabi les pedes manus tremulas nutas ca/ put ⁊ quod optimum est ipsum ani mum moderabitur frenabitqz. Suid igit queso tanta corpis ⁊ animi bo/ na paruo desiderio ac gustu qua mo metaneo deperdere oquereris. Sane victu tenuez. et virtutu ⁊ uoluptatum amatores ac patroni laudat. qua be/ resqz tu aplex⁹ sis videto. Plato qde syracusas mensas damnat atqz dicit sibi nullomō placere. bis i die satuz fi eri Epicuru libros suos olerib⁹ iplens dicit. ⁊ bin⁹ in eis uoluptate suaz po nit. Nemo em ut Tulliu dicit. de tenui victu plura dicit. Si ergo tu duaruz viar⁹ duces notissimos spernis. quid restat nisi ut ipletum erroris tui et vir tutis hoste. ac amica uoluptatis one rosa ingluuie scz aplexaris. fedu utiqz

finem. nec tam hois qz iumeti. quod qz indignater ac doleter dixerim. Ju menta quidem multum sed pro cap/ tu suo ventri ingerunt. Sola vos ani manium domini. mensuraz uestram ⁊ ignoratis ⁊ frangitis. Neqz de nubi lo est quod mirantur multi quia pa/ trum ⁊ auorum memoria. vinct mul/ to pauiores essent. homines tamen totidem aut plures. ⁊ vna meliora. Sic indies creuit sicut ebriorum.

**T** De lauto victu ad tenuē sum redactus. **E** Placet quidē qz quod modestia neglexit suppleuit in opia. Suipe optimū est sponte age re quod debeas. proximum vel coac/ te. Grās iquit Seneca ifirmitati mee que me non sinit agere id quod neqz debeo velle. prospera quidez illa ad ueritas est. que ad meliora copel. it.

**T** Sterilitate agri premor.

**E** Ita tibi fertilitas gratior erit omnis res collatione. optime cognos citur. tibi vexatio dabit intellectum.

**T** Ager spem meam fallit.

**E** Non te fallit ager sed impro bitas ⁊ cupiditas animi tui. Cuncta ei vobis promittit ad nutum successu ra insolētes. uestro digno iudicio fal li. Sane suum ius obseruat inēdusse natura ipsarum rerū. que tamen si p fundam semel auaricie uestre prerup/ tamqz uoraginē. cui nihil satis est. in expletam liquerit. uobis insolens ⁊ a uara iniuriosaqz ut debetur. Non em sunt iuste spes uestre neqz modeste. sz immoderati figmenta desideru. Ea enim desideria fingitis euentura que cupitis sed quicquid deest. dāpnū esse dicatis. Ager enim tuus morem su um tenet. ⁊ tu tenes tuum. Terre autē ubertas ac sterilitas alterna. sz uestra

cupiditas perpetua ē. vos quoq; iniquissimi omnium interpretes cui illā grate atq; sobrie. hanc vero paciēter et fortiter. ferre debueritis. Illam contemnitis hanc defletis. Illa tumidos vos facit. ista querulos utrobique malos.

**T** Pollicitor meliora ager me fellit. **T** Terram bobus ac raris. celum voris ac precibus fatigatis. ventorum spiratus. ymbriū oportunitas. germinū decor. agri species. puluis hybernus. lucum vernum. efficiunt soles. maturitas autūpnalis. oīa hec cupidos in spem trahunt. ut arentem stuppam flamma omnis incendit. ut inanē puluere flatus omnis impellit. Sic auarorū aīn lucrū oē suspēdit atq; erigit. Omnisq; non rei tantū sed vel tenuis spei tactura confundit atq; deicit. Sed frenate miseri motus inconditos. ineffrenatam concupiscentiā vestraz cohercetere. et spē credulam mille tandem delusam successibus castigate. Suid nūc celū terrāq; respicitis. Non aliunde q̄ a deo est fertilitas. illū operari sinite. colite. laudate homini perito vnus artificū. Exhibendā reuerentiā deo non negetis. pudeat uascula terrena celestem figulū arguere. sed in omnibus illi uoce atq; animo gratias agite. qui necessitatū vestrarū conscius. neq; nesciū cupidinū. Illis succurrit occurrit istis utrobique misericors. utrobique terribilis in consiliis super filios hominū. Sperate igitur nō in agris vestris sed in domino. et facite bonitatē et inhabitabitis terrā. et pascemini in diuitiis eius. delectare inquit in domino et dabit tibi petitiones cordis tui. Ac ubi ceperitis in domino delectari. amare non

possunt esse spes uestre nec iuste. Facite quoq; super dñm curā vestrā. et ipse vos enutriet. Suid celesti manu editi nisi terram cogitatis. neq; aliud q̄ terrena diligitis. Nolite in terra spē habere sed in eo qui respicit terraz. et facit eam tremere. qui de saxo durissimo liquidos fontes elicit. qui te passus est ab agro tuo falli ut corā spem in illo poneret. qui nō fallit neq; fallitur.

**T** Multo minus ager hēt solito. **T** Quod plus equo dederūt anni precedentēs tibi nūc forsā salubriter subtrahitur. Nā modestie quāculūcumq; satis ē. at auaricia lucro crescit. eoq; fit pauperior quo plū habet magna ē vicioz genitrix nutrix bortatrix ē copia. Patere quoq; aliquid malis tuis demit. quia quo minus copie et minus erit insolentie. minusq; libidinis. Adde q̄ hec ruris tui iūria apud multos pro beneficio haberetur atq; esset largitas. Tu etiā si iopie assuescisses. sterilitatem de qua quereris ubertatē iudicares atq; copiā. Tantum enī in iudicio rez consuetudo p̄ iudicat tantā quoq; habet vī. Suid ergo mirādū si tēperata huī fastidiū qui assuevere superuacuis. qua vtrūq; nulla maior modestie procella ē. Te ergo quē molliebz copia iopia duret sobrietatē ager tuus te doceat. et qd̄ nequierunt glebe vberes suppleat vlt̄ aride. nemo despiciendū magister discipline. disce bene viuere vel senex disce uel nolēs disce. quid uelis dicā. Disce vel indignans.

**T** Parua mihi domus est. **T** Domus lucea aīn celestē non agustat. neq; lapidea quemq; gloriosum facit. Sepe enim parua domus

magne glorie capax fuit. cum grãdis plena esset infamia. Non em̄ format domy aĩm. s; a morib; formã accipit. Sic ergo leta ⁊ honesta pauperũ tu / guria esse possunt. Infames atq; mes te regum arces. diuicũq; palacia. Sc̄ippe nulla tam parua domus est quã non amplificet magnanimy iba bitator. magno quoq; hospiti prester idoneam.

**T** Arca mansio mihi est. **¶**

Parua Euãdri regina magnũ cepit Alcibiem. Modicis edibus futurus mũdi dominus Julius cesar natus est. Pastoralis casa Romul; non amplis atris habitauit Cato. volubili dõ leo Dyogenes. Tugurio angusto Hy larion. imis terre specubus multi alii viri sanctissimi. In exiguis vel occultis magni philosophi sub diuo Sub modicis tẽtoris summi duces. Gay; Hero. ⁊ consimiles in stupẽdis palacis. Ihesus crĩs; ruinoso diuersorio tu cũ quibus habitare malis elige.

**T** Angusta domus mihi est. **¶**

Aduri fures ventosq; submo / ueat ⁊ vrisq; peiora. vulgi tedia. Tec ta vero frigus. estum soles arceant et ymbres ⁊ satis e. Turres aut arce uo lucibus. Domus ampla superbie. or nata luxurie. referta quoq; cupidine est. vire; nullũ spernit habitaculũ nisi vicus occupatum.

**T** Anguste habito. **¶**

Quãto angustius aia tua habitat quãtoq; fedius inter sanguinẽ ⁊ cruo rem nec migrari inde illã si fieri poss; vnq; velis. vez querele respõderi tue via? Omnis domus amplissima tibi videatur Sepulch; tuuz quod vix septem pedũ ampluz e frequenter co / gita.

**T** Pertuli naufragium. **¶**

Non queritur de naufragio nisi q; euasit. Gaude ergo saluus atq; docti or. Sc̄ippe periculi trãfacti grata me moria esse solet. Sicut ex diuerso fon te prosperitatis preterite mesta recor datio. verum si primũ caue ne secũdũ adeas. Si vero scõm. mitte querelas. Nota Publũ prouerbiuz. Improbe inquit neptunũ accusat. qui itez nau fragium facit.

**T** Magno naufragio vexatus sum. **¶** Deum orare didicisti. ac vota faceĩ. ac plurima pacisci. quo rum ⁊ si metus causa fuit. tu tamẽ ag nosce fidem terre redditus. nõ impu ne deus ledit. odit ipse fidefragos.

**T** Graue naufragiũ tuli. **¶**

Maris narras naufragium. siles aut animi quasi vel vlluz grauis sic vel crebris. Ibi enĩ est tẽpestas illa. scilicet cupidinum. ⁊ affectuũ prauo ru; velud vento; quedã repugnãti a. que vos tẽsis concupiscẽcie speic; velis gubernaculo mẽtis excusso. cõ stancie quoq; anchoris in alto perdi tis. per omnes fluctus licitoris. perq; omnia maria circũuoluit. id enĩ nau fragiuz in istud te traxit. tolle cupido tatem ⁊ nauigationẽ ipsam aut peri culũ naufragãdi magna ex parte sus tuleris. Illa non in naues solum sed i scopulos ⁊ in morte cogit miseros.

Iraq; fere omnes qui suis auspiciis i mari pereunt. in animo prius perire prius enĩ illos auaricie vnda dimer sic q; pelagi. Raro enim sine precipi tatione cupiditas est. Sc̄iquid autẽ vult cõfestim vult. omnes moras ac illarũ sui comites sumptus odit. Ea enim breuis in exitũ via. ⁊ crebri nau fragu prima causa est.

**T** Ex incendio vix euasi.

**T** Euasisti ergo. an id doles? Sane nisi euasisses siluisses. Nunc autem vnius cinis. cinerem fles extinctū. Audi tamen Solon de. vii. sapientibus vnus Inuasa p̄ria sua. atq; deuasta/ta. raptis omnib; q̄ cōbustis cū aliis incolis fugit dicens cuidam. Omnia bona inquit mea mecū sunt nihil perdidisti meorū. Externa bona nō sua eē dices. sed aduēticia q̄ nutū fortune sequentia q̄ ideo extranea. Herēt quidē precordiis vera bona. q̄ nostra quoq; bona viuo nihil eripitur possessori. Sic nec mortuo quidem in anima eū sinit. quo fortune nec mortis dextera se porrigit. Tu vero saluus q̄ incolis tibi perisse eoz aliquid doles que si tua fuissent tecū hodie salua essent. Crede vera bona nō pereūt. Nō enim aurū melius est virtute. nec par quidem. quod tamē igne nō consumitur sed probatur.

**T** Spoliatus sum a predonib;

**T** Secundum lege; vero nullus fur improbius esse dicitur q̄ qui rapit vi. Sunt clādestini. tamē me iudice viliores. Isti quidē fraude agunt. Alii vero vi. Hinc Cicero istos cōparat vulpeculis. illos leonib;. Sētētie mee ratio est quia fures rebus spoli/ant. q̄ ingerunt suspensiones. Predonibus vero spoliassē satis fere est. Nec relinquūt locū vlluz suspensionis. Verum nullus hoz id quod tuū est auferre potest. Id vero quod non erat tuum.

**T** Exulatus sum a tyranno.

**T** Gāude te ab illo pulsum. sub quo boni exulant. q̄ iperant fures ac latrones. Tyrannus enim nūq; simi/lem sibi pepulisset. non ergo te in exi/

lium. sed in partem bonorum ciuium cogi putes. Et si iniuste quidem exulas iniusti exiliū solaciū habes comitem iusticiā. que utiq; iniustos ciues destituēs. ac tyrānos impios te secuta tecum exulat.

**T** Patria exilium. **T**

Patria ē ubicūq; bene es. bene eē nō ī loco sed in ipso homine est. Verū sis velim antequior. exiliū breue te patrie tue citius reddet. longe aliam melioremq; patriā dabit. vnde exulenti qui te exulem uoluerit. Sed q̄ iā dedisset. si tu ad naturā rerū q̄ non ad opinionones hominum aspiceres. ualde enī angustus animus est qui sic ad vnū terre angulum se totū applicat. ut q̄dem extra sibi sit exilium. Sane magnum habuit animū ille Socrates. qui interrogatus cuius ciuis esset. Cuius īquit mundi sum. celi ambitum terrarum. atq; aliorum omnū intelligēs se nullibi putans eē peregrinū. Sūppe magis quis veneris uel qualis. q̄ quō interest. Magna enī consilii cōsolatio est. Scias q̄ euntib; in exilium quilibet licet secum deferre virtutes suas. Hoc remedium contra exilium eē dicit Varro doctissimus q̄ duo hec quēlibet sequūtur. Natura cōis. atq; p̄pria virtus. vnde Marcellus exulāti in exilio ait quidā. non miserū inquit tibi o Marcelle patria carere tua sit. Ita de discipulis imbuisti ut scires omnem locum sapienti viro esse patriam Nam q̄ humile tugurium etiā uirtutes recipit. imo omnib; tēplis illud famosus est. cuz ibi humilitas. paciētia caritas conspecte fuerint. misericordia atq; pietas. non angust; locus est utiq; qui capit hanc curuam virtutū.

**T** Inclusus sum in carcere.

**¶** Melior quidem est indignus  
carcer quam indigna libertas. multo satius  
immericus pro iusticia mala pati. quam per  
scelus atque nequas bonis affluere quam  
uis nec mala dici debeant ista neque il  
la dici bona. sed ut vulgus loquor quod  
dolorem ingens malum voluptatem sum  
mum bonum iudicat. nulla fere hora est  
qua viuens quatenus liber. expars  
a dolore transeat. Si diues undique an  
gustiat. ne quod possidet amittat.  
Si pauper nunquam animo quiescit quo  
nia ad altiora nititur. Si vero medi  
ocri raro adhuc animi tranquillitatem  
possidere valet. **¶** Carcer me mo  
lestat. **¶** Suis carcere non claudi  
tur aut quis inde nisi cum moritur egredi  
tur. vetus hec tua pummo omnium fors  
est. Non noue sunt querere. ex quo na  
tus es et ante scito te in carcere et in vi  
cula fuisse. Nemo quidem ex regibus tam  
liber aut tam tumidus. qui aliud iu  
um cuius si felicem petis exitum. huius  
angustias non horrebis. Sicut enim nec  
supplicia. nec mortem nec aliquid humani  
Ad quorum patientiam et contemptum ni  
si parus fuerit et armatus animus cu  
iuscunq. in quacumq. fortuna aut cal  
le graditur tristioribus insidus obruet.  
**¶** Turpi claudor carcere et an  
gusto. **¶** Sane nullus carcer tur  
pior nullusq. angustior quam corporeus  
iste quousq. adeo solui times. quo ti  
bi maior tamen data occasio est clama  
di cum propheta. Educ de carcere ani  
mam meam. sed quid stolidi menti di  
cam. que hoc exilium diligit pro pa  
tria. pro palatio istum colit carcerem. ni  
si quod de exilio presenti ad veras mise  
rias. et de isto falso palatio ad eternum  
carcerem detrudat. **¶** Iudicatus  
suis iniuste. **¶** Ut iusticia iniustos sic

iniusticia iustos premit. Ergo ubi in  
iusti damnatio est. ibi iustus est res. Ne  
autem tam demens nisi insaniat. ut hoc  
puerum. hoc est se iniustum iusto iudi  
cio premi velit. Nemo tam pauidus  
nisi sit pessimus. ut non potius eligat  
damnari iniuste quam iniusto iudicio ab  
solui. Tanto enim id satius. quanto est  
melior oppressa iusticia. quam imperiosa  
nequicia. quantoque optabilior mens  
bona. quam propicia fortuna. Quis illa  
laboribus hec deliciis affluat. plus  
dicam tanto melius est iuste damnari.  
quam iniuste absolui. cum prius sit impuni  
tum quam crimen puniunt. In hoc quidem  
sceleri iuncta iusticia est si magno malo  
bonum ingens. In illo autem scelus et im  
punitas. que nescio an ipso scelere pe  
ior sit. vna certe et iusticie hostis. et  
multorum scelerum radix est. **¶** Fal  
so iudicio offendor. **¶** Est qui te  
vindictet qui iudicet iniusticia patien  
tis Sui dicit da mihi vindictam et ego  
retribuam. et ut ubi non cogitas iudex tuus  
punitur in pectore. Sane ibi ultores  
magni habitant. nullis enim belue mor  
sus quam consciencie acrior. **¶** Inius  
to iudicio ledor. **¶** Illatis iniu  
riis bene vti ars non vltima est. qua in  
structa. sepe profuit iustas aliam. cum sua  
cuique semper nocet. prodest nunquam. Suf  
ficit enim dies malicia sua.  
**¶** Innocens damnificatus sum.  
**¶** Exantepe coniugi. Socratis  
muliebriter innocentem eius mortem la  
metanti ait. Etsi inquit multi alter o  
pinati sunt. multo innocentem damnifi  
cari tolerabilis est quam nocentem. hic enim  
solum supplicium est. Illic vero supplici  
um et causa supplicii.  
**¶** In iudicibus iniustus damnatus  
sum.

**T** Iniquo iudice venenosus n<sup>o</sup> lum animal est. Nā a serpente lesos se dolent homines. Nō queror. quippe fecit serpens quod suū est quū non quō placitum patienti. Certe iudices erāt qui dānarunt Socratē. turpē Elo dium absoluerunt. Nescio quō illoz ī igus est. p̄inde in populo. aut sub regibz aut iudicibus degenti. p̄profutū d̄z esse animo. Aspera quelibet et iniusta si veniant nō deflenda cū venierint.

**T** Torqueor qdem.

**T** Nunquid inter tormēta naty es. Inter tormēta viuis. s; et inter tormēta moriturus es. Suid noui tibi contigit tormētoz species mutātur. forsan nō desinūt tormēta. Quē enī diē egeris sine tormento memēto. Aliqua reperire poteris falsis gaudiis vmbra forsan s; utiq; plena veris tormētis. Quibus sane si acriter discuti as. nullā vite tue partē vacare fateberis. vnde nō immerito. oīs vita quibusdā supplicū. visa est. Sed vos nihilominz quō voces veritatis cāgunt. Herēt quid aurum vestibulo mētis claustra nō subeunt. hinc enervati ad omnē corporis offēnsūculam ingemiscitis sed tamē iuge mortiferumq; supplicū non sentitis. illic impatiētes hic vero ebetes.

**T** Torqueor acriter.

**T** Aut innocenter ergo. aut iuste torqueris oportet. vtrobiq; tamē cōsolare. Gaude autē si iniuste. experimētum enī eris tibi atq; alius exēplū fulgor qdem virtutis tue accesserit. et erit attractū splēdidior. opinio atq; fama flagrantior. Teruntur enī vt bene oleāt aromata et pulcherrima quō reze ne lateāt atterūt. Si vero iuste

pateris remedio acquiesce. Nā et contracte sordes flāmis aut asperitati/ b; eliminant. Adagni eī mali medici/ na tristior sit oportet. Quē vero morbū tedet. amara nō respuat. Quē quoq; penitet scelez. supplicia nō recuset. Aut enī ipsa cōptatur aut vicium purgat. Alterū sepe vtile. altez semp expediens. bona quidē exercitatio iusti ē. pessima impunitas nocentis. Iter erigo disce ad pacienciā mortē aut gloriā.

**T** Diffamor alieno crimine.

**T** Alieni criminis dolor te attingere potest. non infamia. vera intelligence. falsa autē vt sic durabilis nō erit. Nam et gloriā et infamiā vt longeva sit ipse tu ex agello animi tui p̄pria vite falce messuris.

**T** Alieno crimine mestus sum.

**T** Esto lety tua innocētia. nisi alieno magis tangeris quā tuo. Nō enī vt patrimonii hereditas sic et fame ē. Esti esset posset repudiari. utiq; onerosam enī et infamē hereditatē adire neō cogit. Siue tu claz tibi siue tu fuscum nomē optaueris illud a te nō tibi ab alio petendū erit. Tuis opy est meritis quāquidē alienis. nec fedari apotes nec ornari.

**T** Infamor criminibz meoz

**T** Nego quidē id posse fieri vt menti tue respondeā tū. Prestat fateor te alienis vicis infamē esse. quō alios tuis. multo enī grauius est peccati pondy quā infamie. Vbi peccatū quid tibi et infamia sit oportet. Sine peccato etiā multi infamāt.

**T** Infamia meorum nō tangi nequeo.

**T** Tangi pium dixeri sanctū miserandū. p̄uidendū esse fateor. Relige



enī spei sunt Sūmo ergo studio Fame  
tuoz. ⁊ suscepte inde perurbationi  
cōsule pro posse tuo. Ne vero si om-  
nis spes abierit. omissis illis angores  
ac sollicitudines deponēdas esse cen-  
seo. Nā ⁊ incassum nīc ⁊ tristitie ma-  
teriā aucupari par demētia est.

**¶** Premor infamia.

**¶** Si iusta nō infamiam deslere  
debes. sed infamie causam. Si vero  
iusta sit errores hominū ex alto ani-  
mo conculcās. tua te cōsciētia consola-  
re. cordis tui cubile igredere cui si trā-  
quillitas sua est. babes vbi iurgiorū  
fessus requiescas (⁊ vt dici solet) in si-  
nu tuo gaudeas.

**¶** Magna mihi cōflata est infa-  
mia.

**¶** Pertinēter quidē dicis cōfla-  
ta. quia fama flatus ē tantūmodo sed  
⁊ leuissim⁹. que adeo vos concutit ⁊  
⁊ territat. Sane vētoso faste suspiras  
siquidem nature sue parte leuem sar-  
cinam. sed ferentis imbecillitas grauē  
facit. Vex̄ refert quib⁹ aut q̄libet or-  
ta sit iudicid⁹ ⁊ radicib⁹. Si veris ac  
bonis viuet. stabit. augebit. Alioquī  
mox arefcit atq; defluet.

**¶** Fausta fama mihi Sed inno-  
cēs cōsciētia est.

**¶** Tu ne ergo fame clarissime cē-  
⁊ turpi cōsciētia atq; obscura cupe-  
res ⁊ peteres. iuxta illud poete. fals⁹  
honor iuuat ⁊ falsa infamia terret.  
D rē vanā. vera quidē et iuuare p̄nt  
⁊ terrere. umbras metuere nō est viri.  
si cōsciētia tua tibi verū loquit. qd  
errāti fame credis.

**¶** Detrahitur mihi ac infamor  
qm̄ sequebar bonitatē.

**¶** Nō noua res hec. solare qui  
dem atq; gaude. qm̄ bonesto studio ⁊

bonis artib⁹ acquisita infamia laus  
est. Insultēt fatui sed nobili lucro tu  
exulta. Virtutē nempe rarissimā. licet  
magno ⁊ quo nullo magis precio sci-  
licet fame cōpasti. Sane is ver⁹ vir/  
tutis cultor est. qui in illa nihil penit⁹  
preter illā cogitat. Sed ⁊ cū reliquoz  
clar⁹ contēpt⁹ sit. clarissim⁹ tamen fa-  
me suscept⁹ studio virtutis. Cū pro-  
fecto fama viris fortib⁹ nō auro tm̄  
sed ⁊ etiam vita ipsa carior. qui amo-  
re virtutis banc spreuerūt etiā nec ali-  
am futuram expectantes. ut philoso-  
phi gentiū.

**¶** Plures me ifamant.

**¶** Multi olim Fabiū Africanū  
⁊ cōsimiles. multi etiā viros sanctis-  
simos Iheronimū Augustinū Crisof-  
tomū Gregoriū Bernardū Ambrosiū  
infamarunt. que res ipsis in gloriam  
versa est. Cōmunē ergo sortē cū tan-  
tis queri desine. Reuera paucissimis  
accidit infamia caruisse. Delicata res  
est fama ⁊ que sepe rubiginē cōtrahit  
leuib⁹ ex causis. Finaliter vt nil clari-  
us fama est. sic nil offuscari potest p̄-  
ni⁹. Nil quoq; vt sic dixerī peregrina-  
rum impressionū est capaci⁹.

**¶** Urgeor infamia.

**¶** Pestis hec vt audisti etiā sū-  
mis viris nō pepercit atq; sanctissi-  
mis. quorum omnīū princeps Ihesus  
Christus exps omnis culpe ab impijs  
enī infamat⁹ est. ostendēs mali huius  
imunitatē que nec obtigisset deo ho-  
minib⁹ nō spernēda Sane virtutē in-  
uidia nō tēptari vix possibile dixe-  
rim nō cōuelli tamē. Sine ergo glori-  
am cum attractione collidi si pura ē  
si solida splendescet attritu. Humilia  
enī ac circa terram depressa noīa nec  
preclare laudis lumen accipiunt. nec

infamie magne tēpestatē. Suipe qđ  
spernit sepe ⁊ quiescit.

**T** Acri infamia vexor.

**E** Vulgaris aura cecis turbini/  
bus summa rez cacumina verberat.  
sed nō quatic. Nullius quoq; peccan-  
tis magnitudo vel imperiū thalami  
vel lingue p̄ln⁹ euadere potest. Non  
parit maculis regum p̄lgus loquax  
et si metuit palā clā libertate vitē. In  
cauernis sibilat gānit in tenebris. Tu  
bias in nubib⁹ personat uoces. atros  
versus serit in triuis subscribit fatu-  
tis nutib⁹ loquit silentio exclamat mi-  
nat oculis lingua ferit. Sic quoq; le/  
uib⁹ ex causis graues otrabunt im-  
famie ⁊ claris nominibus ognomina  
obscura. Id quidē si sūme potestatis  
uiris euenire potest quid priuati spe-  
rent pensato. quib⁹ amica debet esse  
mediocritas inimica luxuria.

**T** Mala de me loquuntur ho/  
mines.

**E** Si boni sunt de te loqui ma/  
la nesciūt. Si mali faciunt quidē nō  
quod forsan meruisti sed quod solēt  
bene loqui nondū didicerunt. Neq;  
enī auctoritatē vllā habere potest sen-  
tentia illoꝝ quoꝝ vita dānanda est.  
Non mouearis quidē quia nō iudi-  
cio vero agūt sed morbo suo laborāt.

**T** Vulg⁹ de me mala loquit.

**E** Bene tibi q̄ in linguas nō ca-  
lamos incurristi. vebemēs enī sermo  
p̄lgi. sed minime diuurn⁹ est. leuib⁹  
quidē ⁊ falsis causis orta breuia sine  
oportet. Tacebunt autē cū multa la/  
trauerit. fatigari enim solent qui fer-  
uentius incepere Veniet dies que stre-  
pidulis hui⁹ cyradio loquētib⁹ silen-  
tium imponat. Interi⁹ consule bonita-  
ti ⁊ te notum p̄lgus faciet clarū vir /

tus consciētiāq; seuz.

**T** Contemnor ab aliis.

**E** Si iuste quidē nō inficior q̄  
doleas ferendū tñ. si iniuste est q̄ ri/  
deas. Nihil enim ridiculos⁹ ⁊ nil cre-  
brius q̄ sapientem otemni ab insanis  
vnde de Ariscippo dictum fuisse legi-  
mus a quodam sibi noto. Magister  
te contēnūt homines ⁊ eos inquit azi-  
ni. Sicut illi de azinis non curant nec  
ego curo eos. Sicut enī bonitatis sig-  
nū est q̄ quis bonis placet. Sic sane  
nō min⁹ argumētū q̄ bonus sit si ma-  
lis e regione displiceat. talibus ei dis-  
plicere laudari ē.

**T** Spemor.

**E** Circa verbū illud quatuor eē  
bona quidā dicunt. Spemere mundū  
spemere nullum. Spemere sese. diligere  
se spemi. hoc vltimum opus tibi nūc  
est. Vez recordare an tu ne spernas  
alios. hic enim mos human⁹ est sper-  
nere ⁊ spemi. Mutuo vos habetis o-  
dio mutuo vos premittis miseri mor-  
tales. vultis alius ⁊ esse venerabiles.  
neminē uenerātes. placere deo vultis.  
cuius opus nullum placet vobis eo  
modo quo placere debet. Vnde Cice-  
ro minime inquit cōuenit cum ipsi in-  
ter nos viles ⁊ despecti sum⁹ postu-  
lare a diis immortalib⁹ vt cari sum⁹  
eis ⁊ ab his diligamur. Idē quasi s̄  
p̄claris p̄phā poit Malachias dicēs  
nunquid nō omniū nostrum pater v-  
nus est. Nunquid nō de⁹ vnus nos  
creauit. quare ergo despicit vnusquis-  
q; fratrem suum.

**T** Contemnor a mortalib⁹.

**E** Sine illos insanire neq; magi-  
nifices contempit. qui eis infamie est  
tibi autē glorie. Spemit Achillē Ter-  
sites. Augustum Anthom⁹. Herodes

Erstum. Suid vel contemptis nocu  
it vel pfuit concéptorib9 accende.

**V**ulgus facta mea deridet.

**S**uid miraris hinc cum quic/  
quid populus laudat. pene vituperi  
o dignum est Diogeni id dictum fuit  
ut vitam ei9 multi vituperarent Sui  
bus ille Dportet inquit sapienciã ab  
insipiētibus feriri. meliorem enim esse  
iudicat lingua mala quē carpit. Idē  
quoq; ait Socrates irrisoribus. Ni/  
hil inquit minus mihi suasi q̄ ut act9  
vite secūdu opiniones uestras flecte/  
re debeat. neq; conuicia vestra vel in/  
sanias uestras curabo Calūnias vřas  
ferã. vel d max9 ille Jupiter iep̄tas  
tulit poetarū quoz alius imponit se  
bi alas. alius indixit sibi adulterium  
alius cornua sibi finxit. nō movebor  
istis. quippe risu digna sunt. Nihil eū  
vili9 arrogācia vulgi. qui garrulitatē  
auctoritatē putat. 7 in subiectum sibi  
gregē tumidis sermonib9 tonat.

**I**nuidet mibi.

**V**ulgare proverbiū est pres/  
